


Romberch
1520









Joannes gerson

Joannis gerson parisiensis cancellarii : doctorisq; moralissimi : de imitatione christi : de mundi : & omnium uanitatum contemptu : libri quatuor : in quibus totius humane uite series luculentissime absoluitur. Adiuncto insuper eiusdem auctoris : de meditatiōe cordis eximio tractatu. Nouissime post omnes impressiones ubiq; locorum excussas : collatis multis exemplaribus : affatim recogniti : cūctisq; mendis & erroribus expurgati.

finis hius libri quem donauit michi
frater . s. franceschi iste est
L. v. pauli 1558 29
frenarij qui trebitius

¶ Tabula capitulorum in libros sequentes nouiter recognita.

¶ Capitula libri primi.

¶ Capitula libri secundi.

¶ Capitula libri tertii.

Qualiter

De corruptione

Capitula libri quarti.

FINIS TABVLE.

¶ Incipit liber primus ioannis gerson: cancellarii parisiensis: nouissime recognitus: cunctisq; mendis: & erroribus expurgatus.

¶ De imitatione christi: & cōtemptu omnium uanitatum mundi. Capitulum primum.



Vi seqtur me: non ambulat in tenebris sed habebit lumen uite: dicit domius. Hec sunt uerba christi: quibus ammonemur: quatenus uitam eius: & mores imitemur: si uelimus ueraciter illuminari: & ab omni cecitate cordis liberari. Summū igit̄ studiū nostrum sit in uita iesu xp̄i meditari. Doctria xp̄i oēs doctrinas sanctoꝝ precellit: & q spūm haberet absconditū: ibi māna inueniret. Sed contingit: ꝙ multi ex frequenti auditu euangelii: paruum desiderium sentiunt: quia spiritum christi nō habent. Qui autem uult plene: & sapide christi uerba intelligere: oportet ut totam uitam suam illi studeat cōformar̄. Quid prodest tibi alta de trinitate disputare si careas humilitate: unde displiceas trinitati. Vere alta uerba non faciunt sanctum: & iustum: sed uirtuosa uita efficit deo charum. Opto magis sentire cōpunctionem: q̄ scire eius diffinitionem. Si scires totam bibliam exterius: & omniū philosophorū dicta: quid totum prodesset sine charitate dī: & gratia? Vanitas uanitatum: & omnia uanitas: preter amare deū: & illi soli seruire. Ista est summa sapientia: per cōtemptū mundi tendere ad celestia regna. Vanitas igitur ē: diuitias perituras querere: & in illis sperare. Vanitas quoq; est honores ambire: & in altum se extoller̄. Vanitas est carnis desideria sequi: & illud desiderare: uñ

postmodū grauiter oportet puniri. Vanitas est longā uitam optare: & de bona uita parum curare. Vanitas est presentem uitam solū attendere: & que futura sūt non preuidere. Vanitas est diligere: qđ cum omni celeritate transit: & illuc nō festinare: ubi sempiternū gaudiū manet. Memento illius frequenter prouerbii: qa nō saciatur oculus uisu: nec auris ipletur auditu. Stude ergo cor tuū ab amore uisibiliū abstrahere: et ad inuisibilia te transferre. Nam sequentes suam sensualitatem: maculant conscientiam: & perdunt dei gratiā.

¶ De humili sentire sui ipsius. Cap.ii.


Mnis homo naturaliter scire desiderat: sed scientia sine timore đi qd importat. Melior est ꝑfecto humilis rusticus: q deo seruit: q̃ superbus philosophus: q se neglecto: cursū celi ɔsiderat. Qui bñ seipsum cognoscit: sibiipsi uilescit nec laudibus delectatur hūanis. Si scirem oīa: que in mundo sunt: & nō essem in charitate: qd me iuuaret coram deo: qui me iudicaturus est ex facto: qesce a nimio sciendi desiderio: qa magna ibi inuenitur distractio: & deceptio. Scientes libenter uolūt uideri: & sapientes dici. Multa ergo sunt: que scire paꝝ: uel nihil anime prosunt. Et ualde insipiens est: q aliis intendit q̃ his: que saluti sue deseruiunt. Multa uerba nō saciant aīam: sed bona uita refrigerat mentem: & pura cōscientia magnam prestat ad deū cōfidentiā. Quanto plus: & melius scis: tāto grauius inde iudicaberis: nisi sanctius uixeris. Noli ergo extolli đ ulla arte: uel scientia: sed potius time de data tibi notitia. Si tibi uidet̄: ꝙ multa scis: & satis bene intelligis: scito tñ: qa sunt multo plura: que nescis. Noli altū sapere: sed ignorantiā tuam magis fatere. Quid uis te alicui preferre

ferre: cum plures doctiores te inueniant: & magis in lege periti. Si uis utiliter aliquid scire: & discere: ama nesciri: & pro nihilo reputari. Hec est altissima: & utilissima lectio; suiipsius uera cognitio: & despectio. De seipso nihil tenere: & de aliis semper bene: & alte sentire: magna sapientia est: & perfectio. Si uideris aliquem aperte peccare: uel aliqua grata perpetrare: nō debes tamen meliorem estimare: quia nescis q̄diu possis in bono stare. Omnes fragiles sumus: sed neminē fragiliorem teipso tenebis.

¶ De doctrina ueritatis. Cap. iii.

Felix: quem ueritas per se docet: nō per figuras: & uoces transeuntes: sed sicuti se habet. Nostra opinio: & noster sensus sepe nos fallit: et modicum uidet. Quid prodest magna cauillatio de occultis: & obscuris rebus: de qbus nec arguemur in iudicio: quia ignorauimus. Grandis insipientia: q̄ neglectis utilibus: & necessariis: ultro intendimus curiosis: & damnosis. Oculos habentes non uidemus. Et quid cure nobis generibus: & speciebus. Cui eternum uerbum loquitur: a multis opinionibus expeditur. Ex uno uerbo omnia: & unum loquunt̄ oīa: & hoc est pricipiū: qd̄ & loqtur nobis. Nemo sine illo itelligit: aut recte iudicat. Cui oia unum sunt: & oia ad unū trahit: & oia in uno uidet: pōt stabilis corde esse: & in deo pacificus permanere. O ueritas deus: fac me unū tecum in charitate perpetua. Tedet me sepe multa legere: & audire. In te est totū: qd̄ uolo: & desidero. Taceant oēs doctores: sileant uniuerse creature in cōspectu tuo: tu mihi loquere solus. Quanto aliquis magis unitus sibi: & interius simplificatus fuerit: tanto plura & altiora sine labore intelli

git:quia desuper lumē intelligētie accipit. Purus sim
plex:& stabilis spūs in multis opibus non dissipatur
quia oia ad dei honorē opatur:& in se ociosus ab oī
ꝓpria exqsitione esse nitit̃. Quis te magis impedit:&
molestat:q̄ tua imortificata affectio cordis. Bonꝰ:&
deuotus homo opa sua prius intus dispōit:que foris
agere debet. Nec illa trahunt eum ad desideria uitio
se iclinatiōis:sed ipse inflectit ea ad arbitriū recte ra
tiōis. Quis habet fortius certamen quā qui nitit̃ uin
cere seipsum. Et hoc deberet esse negociuȝ nostrū:uin
cere uidelicet seipsum:& quottidie seipso fortiorē fie
ri:atq; in melius aliqd proficere. Oīs pfectio ī hac ui
ta quandā impfectionem sibi habet annexam:& oīs
speculatio nr̄a quadā caligine non caret. Humilis tui
cognitio certior uia est ad deum q̄ ꝓfunde scientie inq
sitio. Non est culpanda scientia:aut quelibet simplex
rei notitia:que bona est in se cōsiderata:et a deo ordi
nata:sed preferenda est semp bona conscientia:& uir
tuosa uita. Quia uero plures magis student scire q̄ be
ne uiuere:ideo sepe errāt:& pene nullū:uel modicum
fructū ferunt. O si tantā adhiberent diligentiā ad ex
tirpāda uitia:& uirtutes inserēdas:sicuti ad mouen
das q̄stiones:non fierent tanta mala:& scādala in po
pulo nec tanta dissolutio in cenobiis. Certe aduenīē
te die iudicii:nō queret̃ a nobis:quid legimus:sed qd
fecimus:nec q̄ bene diximus:sed q̄ religiose uiximus
Dic mihi:ubi sunt modo oēs illi domini:& magistri:
quos bene nouisti:dum adhuc uiuerent:& in studiis
florerent. Iam eoꝝ prebendas alii possidēt:et nescio:
utrū d̄ eis recogitāt. In uita sua aliquid uidebant̃:&
modo de illis tacet̃. O q̄ cito trāsit gloria mūdi. Vti
nam uita eoꝝ scientie ipsoꝝ cōcordasset:tūc bene stu
duissent:

duissent:et legissent. Quam multi peunt per uanā sci entiā in hoc seculo:qui parum curant de dei seruitio. Et quia magis eligūt magni esse q̄ humiles :ideo eua nescunt in cogitationibus suis. Vere magnus est: qui magnā habet charitatē. Vere magnus est:qui i se par uus est:& ꝑ nihilo omnē culmen honoris ducit. Vere prudēs est:qui omnia terrena arbitrat̄:ut stercora:ut christum lucrifaciat. Et uere bene doctus est:qui dei uoluutatem facit:& suam uoluntatem relinquit.

¶ De prudentia in agendis. Capitulum.iiii.


On est credendū omni uerbo:nec instin ctui:sed caute:& longāimiter res est se cundum deū ponderanda. Proh dolor sepe malum facilius q̄ bonū de alio cre ditur: & dicit̄: ita infirmi fuimus. Sed perfecti uiri non facile credūt omni enarrāti :quia sci unt infirmitatem humanā ad malum procliuam : & in uerbis satis labilem. Magna sapientia est: non esse precipitem in agendis:nec pertinaciter in propriis sen sibus stare. Ad hanc etiam pertinet non quibuslibet homium uerbis credere:nec audita:uel credita mox ad aliorum aures effundere. Cum sapiente: & consci entioso uiro cōsilium habe:et quere potius a meliore instrui q̄ tuas adinuentiōes sequi. Bona uita facit ho minem sapiētem secundū deum: & expertum in mul tis. Quanto quis in se humilior fuerit:et deo subiecti or:tanto in omnibus erit sapientior: & pacatior.

¶ De lectione sanctaꝝ scripturaꝝ. Capitulum.v.


Eritas est in scripturis sanctis querenda:nō eloquētia. Oīs scriptura sacra eo spū debet legi:quo facta est. Querere potius debem⁹ utilitatē i scripturis q̄ subtilitatē ſmōis. Ita

libenter deuotos: et simplices libros legere debemus sicut altos & ꝓfundos. Non te offendat auctoritas scribẽtis utrũ parue: uel magne litterature fuerit: sed amor pure ueritatis te trahat ad legendũ. Nõ queras quis hoc dixerit: sed quid dicatur attende. Homines transeunt: sed ueritas domini manet in eternum. Sine personarum acceptiõe: uariis modis loquit̃ nobis deus. Curiositas nostra sepe nos impedit in lectione scripturarum: cum uolumus intelligere: & discutere: ubi simpliciter esset transeundũ. Si uis ꝓfectum haurire lege humiliter: simpliciter: et fideliter: nec unq̃ uelis habere nomen scientie. Interroga libenter & audi tacens uerba sanctoꝝ: nec displiceãt tibi parabole seniorum: sine causa enim non proferuntur.

¶ De inordinatis affectionibus. Cap. vi.

Quandocũq; homo aliquid inordinate appetit: statim in se inqetus fit. Superbus: et auarus nunq̃ quiescunt. Pauper: & humilis spiritu in multitudine pacis conuersantur. Homo: qui necdum perfecte in se mortuus est: cito temptatur: & uincitur in paruis: & uilibus rebus. Infirmus spiritu: & quodãmodo adhuc carnalis: & ad sensibilia inclinatus difficulter se potest a terrenis desideriis ex toto abstrahere. Et ideo sepe habet tristitiã: cũ se subtrahit: leuiter etiã indignatur: siquis ei resistit Si autem ꝓsecutus fuerit: quod ɔcupiscit: statim ex reatu ɔscientie grauatur: qa secutus est passionem suam que nihil iuuat ad pacem: q̃ quesiuit. Resistendo igit̃ passionibus: inuenitur uera pax cordis: ñ aũt seruiendo eis. Non est ergo pax in corde hoĩs carnalis: nõ in hoĩe exterioribus dedito: sed in feruido spirituali.

¶ De uana spe: & elatione fugienda. Cap. vii.


Anus est: qui spem suam põit in homi
nibus: aut in creaturis. Non te pudeat
aliis seruire amore iesu christi: & paupe
rem in hoc seculo uideri. Non stes super
teipsum: sed in deo spem tuã constitue
Fac quod in te est: & deus aderit bo-
ne uoluntati tue. Non confidas in tua scientia: uel cu
iusq̃ astutia uiuentis: sed magis in dei gratia: qui ad
iuuat humiles: & de sepresumentes humiliat. Ne glo
rieris in diuitiis: si adsunt: nec in amicis: quia poten
tes sunt: sed in deo: qui omnia prestat: & seipsum su
per omnia dare desiderat. Non te extollas de magni
tudine: uel pulchritudine corporis: que modica infir
mitate corrumpitur: & defedat̃. Non placeas tibi ip
si de habilitate: aut ĩgenio tuo: ne displiceas deo: cu
ius est totum quicq̃d boni naturaliter habueris. Nõ
te reputes aliis meliorem: ne forte corã deo deterior
habearis q̃a scit quid ẽ in homine. Non superbias de
operibus bonis: quia aliter sunt iudicia dei q̃ homi-
nũ: cui sepe displicet: quod hominibus placet. Si ali-
q̃d boni habueris: crede de aliis meliora: ut humilita
tem cõserues. Non nocet: si oĩbus te supponas: nocet
aũt plurimum: si uel uni te prepõas. Iugis pax cũ hu
mili: in corde aũt superbi zelus: & indignatio freq̃ns

¶ De cauenda nimia familiaritate. Cap. viii.

NOn omni homini reuelles cor tuum: sed cũ
sapiente: & timente deum age causam tuã
Cum iuuenibus: & extraneis rarus esto.
Cum diuitibus noli blandiri: & coram ma
gnatibus nõ libenter appareas. Cum humilibus: &
simplicib⁹: cũ deuotis: et morigeratis sociare: & que
edificationis sunt pertracta. Non sis familiaris alicui

mulieri: sed in cōmuni omnes bonas mulieres deo cō
mēda soli deo: & angelis eius opta familiaris esset: &
hoīum noticiā deuita. Charitas habenda est ad oēs
sed familiaritas non expedit. Quandoq; accidit: ut p
sona ignota: ex bona fama lucescat: cuius tamen pre
sentia oculos intuētium obfuscat. Putamus aliquan
do aliis placere ex cōiunctiōe nostra: & incipimus ma
gis displicere ex morū impbitate in nobis cōsiderata

¶ De obedientia: & subiectiōe. C. ix.



Alde magnū est in obedientia stare: sub prelato uiuere: & sui iuris nō esse. Multo tutius est stare in subiectiōe q̄ in prelatura. Multi sunt sub obedientia magis ex necessitate q̄ ex charitate: & illi penā habēt: & leuiter murmurant: nec libertatem mentis aquirēt: nisi ex toto corde ppter deum se subiiciant. Curre hic uel ibi: non iuenies qetē: nisi in humili subiectiōe sub prelati regimīe. Imaginatio locorū: & mutatio multos fefellit. Verū est: q̄ unusqs q; libēter agit pro sensu suo: & inclinat ad eos magis qui secum sentiūt. Sed si deus est inter nos: necesse est ut relinquamus etiam qn̄q; nostrum sentire ppter bonum pacis. Quis est ita sapiens: q omnia plene scire potest? Ergo noli nimis in sensu tuo cōfidere: sed uelis ēt libenter aliorum sensum audire. Si bonū est tuū sentire: & hoc ipsum ppter deum dimittis: & aliū sequeris magis exinde proficies. Audiui enim sepe securius esse audire: & accipere cōsilium: q̄ dare. Potest enim cōtingere: ut bonū sit uniuscuiusq; sentire: sed nolle aliis acquiescere: cum id ratio: aut causa postulat: signū est superbie: & pertinatie.

¶ De cauenda superfluitate uerborum. Capi. x.

Caueas


Aueas tumultum hominum quantũ potes multum enim impedit tractatus secularíũ gestorum: etiam si simplici intentione pro feratur: cito enim inquinamur uanitate: & captiuamur. Vellem me pluries tacuisse: & inter hoies non fuisse. Sed quare tam libenter loqmur: & inuicem fabulamur: cum tamen raro sine lesione con scientie ad silentium redimus. Ideo tam libenter loq mur: quia per mutuas locutiones abinuicem consola ri querimus: & cor diuersis cognitiõibus fatigatum optamus releuare. Et multũ libenter de his: que mul tum diligimus: uel cupimus: uel que nobis contraria sentimus: libet loqui: & cogitare. Sed proh dolor: se pe inaniter: et frustra. Nam hec exterior consolatio in terioris: & diuine consolationis non modicum detri mẽtum est. Ideo uigilandũ est: & orandũ: ne tempus ociose transeat. Si loqui licet: & expedit: que edifica bilia sunt: loquere. Malus usus: & negligentia profe ctus nostri: multũ facit ad incustodiaȝ oris nostri. Iu uat tamen non parum ad profectũ spiritualẽ deuota spiritualiũ rerum collatio: maxime ubi pares animo & spiritu in deo sibi socientur.

¶ De pace aqrenda: & zelo proficiendi. Cap. xi.


Vltam possemus pacem habere: si non uelle mus nos cum alioꝝ dictis: & factis: que ad nostrã curam nõ spectãt: occupare. Quomo do põt ille diu in pace mãere: q alienis curis se ĩtermiscet: q occasiones forinsecus q̃rit: q parũ: uel raro se intrinsecus colligit. Beati simplices: quoniam multam pacem habebunt. Quare quidam sanctoꝝ tam perfecti: & contemplatiui fuerunt. Quia oino se ipsos mortificare: ac omnibus terrenis desideriis stu

duerunt: & ideo totis medullis cordis deo ihérere: atq; libere sibi uacarē potuerūt. Nos quidem nimium occupamur propriis passionibus: & de trāsitoriis nimis sollicitamur. Raro etiam unum uitium perfecte uicimus: et ad quottidianum profectum nō accendimur: ideo frigidi & tepidi remanemus. Si essemus nobisipsis perfecte mortui: & iterius minime implicati: tunc possemus etiam diuina sapere: & de celesti cōtemplatione aliquid experiri. Totum & maximum impedimētum est: quia nō sumus a passionibus: & cōcupiscētiis liberi: nec perfectam sāctorum uiam conamur ingredi. Quādo etiā modicū aduersitatis occurrit: nimis cito deiicimur: & ad hūanas ɔsolatiōes cōuertimur. Si niteremur sicut uiri fortes starē i prelio: ꝑfecto auxilium dn̄i uideremus super nos de celo. Ipse enim certātes: & de gratia sua sperātes: paratus est ad iuuare: qui nobis certādi occasiōes procurat: ut uicamus. Si tātum in istis exterioribus obseruātiis profectum religionis ponimus: cito finem habebit deuotio nostra. Sed ad radicem securim ponamus: ut purgati a passionibus pacificam mentem possideamus. Si omni anno unum uitium extirparemus: cito uiri perfecti efficeremur. Sed modo e contrario sepe sentimus: ut meliores: & puriores in initio conuersionis nos fuisse inueniamur: quam post multos annos professionis. Feruor: & profectus noster quottidie deberet crescere: sed nunc pro magno uidetur: siquis primi feruoris partem posset retinere. Si modicam uiolentiam faceremus in principio: tunc postea cuncta possemus facere cum leuitate & gaudio. Graue est assueta dimittere: sed grauius est contra propriam uoluntatem ire. Sed si non uincis parua: & leuia: quando superabis difficiliora.

difficiliora. Resiste in pricipio iclinationi tue: & malam desiste cōsuetudiem: ne forte paulatim ad maiorem te ducat difficultatem. O si aduerteres: quātam tibi pacem: & aliis letitiam faceres: teipsum bene habendo: puto ꝙ sollicitior esses ad spiritualem profectum.

℄ De utilitate aduersitatis. Cap. xii.



Onum est nobis: ꝙ aliquando habem⁹ aliquas grauitates: & cōtrarietates: qa sepe homiem ad cor reuocāt: quatenus se i exilio esse cognoscat: nec spem suam in aliqua re mūdi ponat. Bonum est: ꝙ patiamur quādoqꝫ contradictores: & ꝙ male: & imperfecte de nobis sentiatur: etiam si bene agimus: & itēdimus. Ista sepe iuuāt ad humilitatem: & a uana gloria nos defendunt. Tūc enim melius interiorem testem deum querimus: quādo foris uilipendimur ab hominibus: et nō bene nobis creditur. Ideo deberet se homo in deo totaliter firmare: ut nō esset ei necesse multas cōsolationes querere. Quando homo bone uolūtatis tribulatur: uel tentatur: aut malis cogitatiōibus affligitur: tūc deum sibi magis necessarium itelligit: sine quo nihil bōi se posse deprēdit. Tūc etiam tristatur: gemit: & orat pro miseriis: quas patitur. Tunc tedet eum diutius uiuere: mortem optat inuenire: ut possit dissolui: & cum christo esse. Tunc etiam bene aduertit perfectam securitatem: & plēam pacem in mundo non posse constare.



℄ De tentatiōibus resistēdis. Cap. xiii.

Vandiu in mundo uiuimus: sine tribulatione: & tentatione esse nō possumus. Vnde in iob scriptum est. Tentatio est uita hominis

super terram. Ideo unusquisq; sollicitus esse deberet circa tentationes suas: & uigilare in orationibus: ne diabolus locum inueniret decipiendi: qui nunquam dormitat: sed circuit querens quem deuoret. Nemo tam perfectus est: & sanctus: qui non habeat aliquā do tentationes: nam plene eis carere non possumus. Sunt tamen tentationes homini sepe ualde utiles: licet moleste sint: & graues: quia in illis homo humiliatur: purgatur: & eruditur. Omnes sancti per multas tribulationes: & tentationes transierunt: & pfecerunt. Et qui bene tentationes sustinere nequerunt: reprobi facti sunt: & defecerunt. Non est aliquis ordo tam sanctus: nec locus tam secretus ubi nō sint tētationes: uel aduersitates. Non est homo securus a tētationibus totaliter: q̄diu uixerit: quia in nobis est unde tentamur: ex quo in concupiscentia nati sumus. Vna tentatione: seu tribulatione recedente: alia superuenit: & semper aliquid ad patiendum habebimus. Nam bonū felicitatis nostre perdidimus. Multi querunt tentationes fugere: & grauius incidunt in eas. Per solam fugam non possumus uincere: sed per patientiam: & ueram humilitatem omnibus hostibus efficimur fortiores. Qui tātūmodo exterius declinat nec radicē euellit: parum pficiet: immo citius ad eum tētationes redient: & peius sentiet. Paulatim: & per patientiā cum lōganimitate: deo iuuāte: melius supabis: q̄ cum duritia & īportūitate ppria. Sepius accipe cōsilium in tētatiōe: & cū tentato noli duriter agere: sed cōsolationē ingere: sicut tibi optares fieri. Initiū oium malarū tētationū īconstātia animi: & parua ad deū ɔfidētia: qa sicut nauis sine gubernatiōe hic uel inde a fluctibus impellitur: ita homo remissus: & su

um

um ppositum deserens: uarie tētatur. Ignis pbat ferrum: & tentatio hoiem iustum. Nescimus sepe qd possumus: sed tentatio aperit: qd sumus. Vigilādum est tamē precipue circa initiū tētationis: qa tunc facilius hostis uincitur. si hostium mētis nullatenus itrare sinitur: sed extra limē statim: ut pulsauerit: illi obuiat. Vnde qdā dixit. Principiis obsta: sero medicina paratur. Cum mala plongas cōualuere moras. Nā primo occurrit menti simplex cogitatio: deinde fortis imaginatio: postea delectatio: & motus prauus: & assensio Sicq3 paulatim ingredit hostis malignus ex toto: dū illi n̄ resistit in principio. Et quāto diutius quis ad resistendum torpuerit: tanto in se quottidie debilior fit & hostis cōtra eum potentior. Quidam in principio conuersionis sue grauiores tentatiōes patiuntur: quidam autē in fine: qdam uero quasi p totam uitā suā male habēt. Nōnulli satis leuiter tentant̄ secundū diuie ordinatiōis sapiam: & eqtatē: q statum: & merita hoium pēsat: & cūcta ad electoꝝ suoꝝ salutē preordiat. Iō nō debem⁹ despare: cū tētamur: sed eo feruētius deū exorare: quatēus nos in oi tribulatiōe dignetur adiuuare: q utiq3 sm dictum Pauli tamen faciet cū tētatiōe puentum: ut possimus sustinere. Humiliemus ergo aias nr̄as sub manu dei in oi tentatiōe: & tribulatiōe: quia humiles spū saluabit: & exaltabit. In tētatiōibus: & tribulationibus pbat̄ hō: quātum pfecit: & ibi maius meritū existit: & uirtus melius patescit. Nec magnum est: si homo deuotus sit: & feruidus; cum grauitatem nō sentit: sed si tempore aduersitatis patienter se sustinet: spes magni profectus erit. Quidam a magnis tentationibus custodiuntur: & in paruis quotidianis sepe uincuntur: ut humilitati nū

q̃ de seipsis in magnis confidant: qui in tam modi-
cis infirmantur.

¶ De temerario iudicio uitando. Cap. xiiii.


D teipsum oculos reflecte: & aliorum fa-
cta caueas iudicare. In iudicando alios ho-
mo frustra laborat: sepiꝰ errat: & leuiter pec
cat. Seipsum uero iudicando: & discutiẽdo
semper fructuose laborat. Sicut nobis res cordi est: sic
de ea frequenter iudicamus. Nam uerum iudicium
propter priuatum amorem faciliter perdimus. Si de-
us semper esset pura intentio nostri desiderii: non tã
faciliter turbaremur pro resistentia sensus nostri. Sed
sepe aliquid ab intra latet: uel etiam ab extra concur
rit: quod nos etiam pariter trahit. Multi occulte se
ipsos querunt in rebus: quas agunt: & nesciunt. Vi
dentur etiam in bona pace stare: quando res pro eo-
rum uelle fiunt: & sentire. Si autem aliter fit: quã cu-
piunt: cito mouentur: & tristes fiunt. Propter diuersi
tatem sensuum: & opinionũ satis frequenter oriũtur
dissensiones inter amicos: & ciues: inter religiosos
& deuotos. Antiqua cõsuetudo difficulter relinquit
& ultra proprium uidere nemo libẽter ducitur. Si ra
tioni tue magis inniteris: uel industrie q̃ uirtuti subie
ctiue iesu christi: raro: & tarde eris homo illuminatus
qa deus uult nos sibi perfecte subiici: & omnem ratio
nem ꝑ inflammatum amorem transcendere.

¶ De operibus ex charitate factis. Cap. xv.


Ro nulla re mũdi: & pro nullius hois di
lectiõe aliqd' malũ est faciẽdum: sed pro
utilitate tm̃ indigentis opus bonũ aliqñ
itermittẽdũ est: aut ẽt ꝑ meliori mutan-
dũ: hoc eni facto: opus bonũ nõ destrui

tur: sed in melius cōmutatur. Sine charitate opus externum nihil prodest qcquid autem ex charitate agit quantūcūq; etiam paruum sit: & despectū: totū efficit fructuosum. Magis si quidem deus pensat ex quāto qs agit: q̄ quantū quis facit. Multū facit: qui multum diligit. Multum facit: qui rem bene facit. Bene facit qui magis communitati q̄ sue uoluntati seruit. Sepe uidetur esse charitas: & est magis carnalitas: qa carnalis inclinatio propria uoluntas: spes retributionis: affectus commoditatis raro abesse uolunt. Qui ueram: & perfectā charitatem habet: in nulla re seipsu3 querit: sed dei solummodo gloriam in oibus fieri desiderat. Nulli etiam inuidet: quia nullum priuatū gaudium amat: nec in seipso uult gaudere: sed in deo sup omnia bōa optat beatificari. Nemini aliquid boni attribuit: sed totaliter ad deum refert: a quo fontaliter omnia ꝓcedūt: in quo finaliter oēs sancti fruibiliter quiescunt. O qui scintillam haberet uere charitatis ꝑfecto oīa terrena sentiret plena fore uanitatis.

De sufferentia defectuū aliorū Cap. xvi.

QVe homo in se: uel in aliis emendare nō ualet: debet patiēter sustinere: donec de⁹ aliter ordinet. Cogita quia forte sic melius est ꝑ tua ꝓbatiōe: & patiētia: sine qua n̄ sūt multū ponderāda merita nostra. Debes tamen ꝑ talibus impedimentis supplicare: ut deus tibi dignet̄ subuenire: & possis benigne portare. Si quis semel: aut bis admonitus non acquiescit: noli cum eo cōtēdere: sed totū deo cōmitte: ut fiat uolūtas ei⁹: & honor ī oib⁹ seruis suis: qui scit bene mala in bonum conuertere Stude patiens esse in tollerando aliorum defectus: & qualescunq; infirmitates: quia & tu multa habes

que ab aliis oportet tollerari. Si non potes te talē face
re: qualem uis: quomodo poteris alium habere ad tu
um beneplacitum. Libenter habemus alios perfectos
& tamen proprios non emendamus defectus. Volu-
mus: ꝙ alii stricte corrigantur: & ipsi corrigi nolum⁹.
Displicet larga aliorum licentia: & tamen nobis no-
lumus negare: ꝙ petimus. Alios restringi per statuta
uolumus: & ipsi nullatenus patimur amplius cohibe
ri. Sic ergo patet q̄ raro proximum: sicut nos ipsos pē
samus. Si essent omnes perfecti: quid tunc haberem⁹
ab aliis pro deo pati. Nunc autem deus sic ordinauit:
ut discamus alter alterius onera portare: quia nemo
sine defectu: nemo sine onere sibi sufficiens: nemo sibi
satis sapiens: sed oportet nos inuicem portare: inuicē
consolari: pariter adiuuare: instruere: & admonere.
Quante autem uirtutis quisq; fuerit: melius pꝫ occa
sione aduersitatis. Occasiones namq; hominem fragi
lem non faciunt: sed qualis sit: ostendunt.

¶ De monastica uita. Cap. xvii.

OPortet: ut discas teipsum in multis frangerē
si uis pacem: & concordiam cum aliis tenerē
Non est paruum in monasteriis: uel in con-
gregatione habitare: & ibi sine querela con
uersari: & usq; ad mortem fidelis perseuerare. Beatus
quidem: qui ibi bene uixit: & feliciter consumauit. Si
uis debite stare: & proficere: teneas te tanq̄ exulem: &
peregrinum super terram. Oportet te stultum fieri p-
pter christum: si uis religiosam ducere uitam. Habi-
tus & tonsura modicum conferunt: sed mutatio mo-
rum: & integra mortificatio passionum uerum faciūt
religiosum. Qui aliud querit q̄ pure deum: & ani-
me sue salutem non inueniet: nisi tribulatiōem: & do

lorem

lorem. Non potest etiam diu stare pacificus: qui nõ ni titur esse minimus & omnibus subiectus. Ad seruiendum uenisti: non ad regendum. Ad patiendum: & laborandum scias te uocatum: non ad ociandum: ul' tabulandum. Hic ergo probantur homines: sicut aurũ in fornace. Hic nemo potest stare: nisi ex toto corde se uoluerit propter deum humiliare.

¶ De exemplis sanctorum patrum. Cap. xviii.



Ntuere sanctorum patrum uiuida exempla: in quibus uera perfectio refulsit: & religio: uidebis q̃ modicum sit: & pene nihil ꝙ nos agimus. Heu quid est uita nostra: si illis fuerit comparata. Sancti et amici christi domino seruierunt in fame & siti: in frigore & nuditate: in labore & fatigatione. in uigiliis & ieiuniis: in orationibus & sanctis meditationibus: in persecutionibus & opprobriis multis. O q̃ multas & graues tribulationes passi sunt apostoli: martyres: confessores: uirgines: & reliqui omnes: qui christi uestigia uoluerunt sequi. Nam animas suas in hoc mundo oderunt: ut in eternam uitam eas possiderent. O q̃ strictã & abdicatam uitam sancti patres in heremo duxerũt q̃ longas: & graues tentationes pertulerunt: quam frequenter ab inimico uexati sunt: q̃ crebras & feruidas orationes deo obtulerunt: q̃ rigidas abstinentias peregerunt: q̃ magnum zelũ & feruorem ad spiritualem profectũ habuerunt: q̃ forte bellum aduersus edomationem uitiorum gesserunt: q̃ puram & rectam intentionem ad deum tenuerunt. Per diem laborabant & noctibus orationi diuine uacabant: q̃q̃ laborando ab oratione mentali minime cessarent. Omne tẽpus utiliter expendebant; omnis hora ad uacandum d̃o

breuis uidebatur & pre magna dulcedine contempla tionis etiam obliuioni tradebatur necessitas corpora lis refectionis. Omnibus diuitiis: dignitatibus: hono ribus: amicis: & cognatis renuntiabant: nil de mun do habere cupiebant: uix necessaria uite sumebant: corpori seruire etiam in necessitate dolebant. Paupe res igitur erant i rebus terrẽis: sed diuitei ualde in gra tia: & uirtutibus. Foris egebant: sed intus gratia: & consolatione diuina reficiebantur. Mundo erant alie ni: sed deo proximi: ac familiares amici. Sibiipsis uide bantur tanq̃ nihili: & huic mundo despecti: sed erant in oculis dei preciosi & electi. In uera humilitate sta bãt: in simplici obediẽtia uiuebant: in charitate & pa tientia ambulabant: & ideo quottidie in spiritu pro ficiebant: & magnam apud deum gratiam obtine bant. Dati sunt in exemplum omnibus religiosis: & plus prouocare nos debent ad bene proficiendum: q̃ tepidorum numerus ad relaxandum. O quantus fer uor omnium religiosorum in principio sue sãcte insti tutionis fuit. O quanta deuotio oratiõis: quãta emu latio uirtutis: q̃ magna disciplina uiguit: quanta reue rentia & obedientia sub regula magistri in omnibus effloruit. Testantur adhuc uestigia derelicta: ꝙ uere uiri sancti & perfecti fuerunt: qui tam strenue militan tes mundum suppeditauerunt. Iam magnus putatur siquis transgressor non fuerit: siquis quod accepit cũ patiẽtia tolerare potuerit. Hoc ẽ temporis & negligen tie status nostri: ꝙ tam cito declinamus a pristino fer uore: & iam tedet uiuere pre lassitudine: & tempore. Vtinam in te pẽitus nõ dormitet profectus uirtutum qui multa sepius exempla uidisti deuotorum.

¶ De exercitiis boni religiosi. Cap. xix.


Ita boni religiosi omnibus uirtutibus polle re debet: ut sit talis interius: qualis uidetur hominibus exterius. Et merito multo plus debet esse intus q̃ q̄ cernit̃ foris: quia inspec tor noster est deus: quem summope reuereri debemus ubicunq; fuerimus: & tanq̃ angeli in ɔspectu eius mũ di incedere. Omni die renouare debemus ꝓpositum nostruz: & ad feruorem nos excitare: quasi hodie pri mum ad conuersionem uenissemus: atq; dicere: adiu ua me domine deus meus in bono ꝓposito: & sancto seruitio tuo: & da mihi nunc hodie perfecte incipere quia nihil est: q̄ hactenus feci. Secundum ꝓpositum nostrum cursus profectus nostri: & multa diligentia opus est bene ꝑficere uolenti. Quod si fortiter propo nẽs sepe deficit: quid ille: qui raro: aut minus fixe ali quid proponit. Variis tamẽ modis cõtingit desertis propositi nostri: & leuis omissio exercitioruz uix sine aliquo dispẽdio transit. Iustorum propositum in gra tia dei potius q̃ in propria sapientia pendet: in quo & semper confidunt: quicqd arripiunt. Nam homo pro ponit: sed deus disponit: nec est in homine uia eius. Si pietatis causa: aut fraterne utilitatis proposito: quandoq; cõsuetum omittit̃ exercitium: facile postea poterit recuperari. Si autẽ tedio animi: aut negligen tia faciliter reliquitur: satis culpabile est: et nociuum sentiet̃. Conemur quãtum possumus: adhuc leuiter deficiemus in multis. Semper tamẽ aliquid certi pro ponendum est: & illa precipue: que amplius nos impe diũt. Exteriora nostra: & interiora pariter nobis ser uãda sunt: et ordinanda: qa utraq; expediunt ad pro fectum. Si non ɔtinue te uales colligere: saltem inter dum: & ad minus semel in die: mane uidelicet: aut ue

ſpere. Mane ꝓpone: ueſpere diſcute mores tuos: qualis hodie fuiſti in uerbo: opere: & cogitatiōe: quia in his ſepius forſitan deum offendiſti: & ꝓximum. Accinge te ſicut uir contra diabolicas nequitias: frena gulam:: & omnem carnis inclinationem facilius frenabis. Nunq̄ ſis ex toto ocioſus: ſed aut legens: aut ſcribens: aut orans: aut meditans: aut aliquid utilitatis pro communi laborās. Corporalia exercitia diſcrete ſunt agēda: nec omnibus equaliter aſſumenda Que communia non ſunt: non ſunt foris oſtēdenda: nam in ſecreto tutius exercent̄ priuata. Cauendum tamē: ne piger ſis ad cōmunia: et ad ſingularia promptior: ſed expletis integre: & fideliter debitis: & iniunctis: ſi iam ultra uacat: redde tibi prout deuotio tua deſiderat. Non poſſunt omnes habere unum exercitium: ſed aliud iſti: aliud illi magis deſeruit. Etiam pro temporum congruentia diuerſa placēt exercitia quia alia in feſtis: alia in feriatis magis ſapiunt diebus. Aliis indigemus tempore tentationis: & aliis tempore pacis: & quietis. Alia cū triſtamur libet cogitare: & alia cū leti in domino fuerimus. Circa principalia feſta renouāda ſunt bona exercitia: & ſanctorum ſuffragia feruentius implorāda. De feſto in feſtū ꝓponere debemus: quaſi tūc de hoc ſeculo migraturi ſimus: & ad eternum feſtū pueuturi. Ideoq; ſollicite nos preparare debemus ī deuotis tēporibus: & deuotius conuerſari: atq; oēm obſeruantiā ſtrictius cuſtodire: tanq̄ in breui premium laboris noſtri a deo percepturi. Et ſi dilatum fuerit: credamus nos minus bene preparatos: atq; indignos tante adhuc glorie: que reuelabitur in nobis tempore prefinito: et ſtudeamus nos melius ad exitum preparare. Beatus ſer
uus

nus ait euangelista lucas: quem cum uenerit domi-
nus: inuenerit uigilantem. Amen dico uobis: super
omnia bona sua constituet eum.

¶ De amore solitudinis: & silentii. Cap. xx.

Quere aptum tempus uacandi tibi: & de beneficiis dei frequenter cogita. Relinque curiosa. Tales perlege materias: que compunctionem magis prestãt: q̃ occupationem. Si te subtraxeris a superfluis locutionibus: et ociosis circuitionibus: nec nõ a nouitatibus: & rumoribus audiendis: inuenies tempus sufficiens: & aptum pro bonis meditationibus insistendis. Maximi sanctorum humana consortia ubi poterant: uitabãt: & deo in secreto uiuere eligebant. Dixit quidam. Quotiens inter homines fui: minor homo redii. Hoc quippe sepius experimur: quando diu confabulamur. Facilius est omnino tacere: q̃ uerbo non excedere. Facilius est domi latere: q̃ foris se posse sufficiẽter custodire. Qui igit̃ intendit ad interiora: et spũalia peruenire: oportet eum cum iesu: & turba decliare. Nemo secure appa-ret: nisi qui libenter latet. Nemo secure preest nisi qui libẽter obedire didicit. Nemo secure gaudet: nisi qui bone ꝯscientie testimoniũ habet. Nemo secure loquit̃ nisi qui libẽter tacet. Semꝑ tamen sanctoꝝ securitas plena timoris dei extitit. Nec eo minus solliciti & humiles in se fuerunt: qa magnis uirtutibus: & gr̃a emicuerunt. Prauoꝝ aũt securitas ex suꝑbia: & presumptiõe orit̃: & in fine i deceptionẽ sui uertit̃. Nunq̃ promittas tibi securitatem in hac uita q̃uis bonus uidearis zenobita: aut deuotus heremita. Sepe meliores in estimatione hoïum grauius periclitati sunt propter suam nimiam confidentiam. Vnde multis utilius est

ut non penitus tentationibus careant: sed sepius im pugnētur: ne nimium securi sint: ne forte i supbia ele uentur: ne etiā ad exteriores consolationes licētius declinent. O qui nunq̄ transitoriā letitiā quereret: q̄ nunq̄ cum mundo se occuparet: q̄ bonā conscientiam seruaret. O qui oēm uanam sollicitudinē amputaret et dumtaxat salutaria: ac diuina cogitaret: et totam spem suam in deo cōstitueret q̄ magnā pacem & quie tem possideret. Nemo dignus est & celesti consolatio ne: nisi diligenter se exercuerit in sancta cōpunctione Si uis corde tenus cōpungi: intra cubile tuum: & ex clude tumultus mundi: sicut scriptum est. In cubili- bus uestris compungimini. In cella inuenies: q̄d de fo ris sepius amittes. Cella continuata dulcescit: & ma le custodita tedium generat. Si in principio cōuersio nis tue bene eam incolueris: & custodieris erit tibi po stea dilecta amica: & gatissimum solatium. In silen- tio: & quiete proficit anima deuota: & discit abscon dita scripturaꝝ: ibi inuenit fluenta lachrymaꝝ: qui- bus singulis noctibus se lauet: & mundet: ut condi- tori suo tanto familiarior fiat: quāto longius ab om ni seculari tumultu degit. Qui ergo se abstrahit a no tis: & amicis: appͥnquabit illi deus cū angelis san- ctis. Melius est latere: & sui curam agere: q̄ se negle- cto signa facere. Laudabile est homini religioso raro foras ire: fugere uideri: nolle etiam homines uidere. Quid uis uidere quod non licet habere. Transit mū dus: & cōcupiscentia eius. Trahunt desiderium sen sualitatis ad spatiandum: sed cum hora transierit quid nisi grauitatē conscientie: & cordis dispsionem importas. Letus exitus tristē sepe reditū parit: & le ta uigilia serotina triste mãe facit. Sic omne carnale

gaudium

gaudium blande intrat: sed in fine mordet: et pimit. Quid potes alibi uidere: q̄ hic nō uides. Ecce celum: & terram: & omnia elemēta: nam ex istis omnia sunt facta. Quid potes alicui uidere: quod diu potest sub sole permanere. Credis te forsitan satiari: sed non poteris pertingere. Si cuncta uideres presentia: quid essent nisi uisio uana. Leua oculos tuos ad deum in excelsis: & ora pro peccatis tuis: & negligentiis. Dimitte uana uanis: tu autem intende illis: que tibi precepit deus. Claude super te ostium tuum: et uaca ad te iesum dilectū tuum. Mane cū eo in cella: qa nō inuenies alibi tantā pacem. Si nō exisses: nec quicq̄ de rumoribus audisses melius in bōa pace pmansisses. Ex quo noua delectat aliquādo audire oportet te exinde turbationem cordis tollerare.

¶ De compunctione cordis. Cap. xxi.



Si uis aliquid proficere: cōserua te in timore dei. & noli esse nimis liber: sed sub disciplina cohibe omnes sensus tuos: nec inepte te tradas letitie. Da te ad cordis compunctionem: & inuenies deuotiōem. Cōpunctio enim multa bona aperit: que dissolutio cito perdere consueuit Mirum est q̄ homo possit unquam perfecte letari in hac uita: qui suum exilium: & tam multa pericula anime sue considerat: & pensat: propter leuitatē cordis: & negligentiā defectuum nostrorꝝ non sentimus anime nostre dolores: sed sepe uane ridemus: qn̄ merito flere deberemus. Non est uera libertas: nec bona letitia: nisi in timore dei cum bona cōscientia. Felix qui abiicere potest omne impedimentū distractionis & ad unionē se redigere sancte cōpunctionis. Felix qui a se abdicat quicqd consciētiam suam maculare

potest:uel grauare. Certa uiriliter: cōsuetudo consue
tudine uincit. Si tu scis homies dimittere: ipsi te di
mittent tua facta facere: nō attrahas tibi res aliorū:
nec te implices causis maioꝝ. Habe semp oculum su
per te primū: & admoneas teipsum specialiter pre om
nibus tibi dilectis. Si nō habes fauorem hoium: noli
ex hoc tristari: sed hoc sit tibi graue: qa non hēs te sa
tis bene: & circunspecte: sicut deceret dei seruū: & de
uotum religiosum cōuersari. Vtilius est sepe & securi
us: ꝙ homo nō habeat multas cōsolationes in hac ui
ta ꝑm carnem: precipue tū: ꝙ diuinas non habemus:
aut rarius sentimus: nos in culpa sumus: qa compun
ctionem cordis nō querimus: nec uanas: et externas
omnino abiicimus. Cognosce te indiguū diuina ꝯso
latione: sed magis dignum multa tribulatiōe. Quā
do homo perfecte est cōpunctus: tunc grauis: & ama
rus est ei totus mundus. Bonus homo sufficientem in
uenit materiam dolendi: & flendi. Siue enim se consi
derat: siue de proximo pensat: scit: qa nemo sine tribu
latione hic uiuit. Et quanto strictius sese considerat:
tanto amplius dolet. Materie iusti doloris: & interne
compunctionis sunt peccata: & uitia nostra: quibus
ita inuoluti iacemus: ut raro celestia contemplari ua
leamus. Si frequentius de morte tua: q̄ de longitudie
uite tue cogitares: non dubium: quin frequentius te
emendares. Si etiam futuras iferni: siue purgatorii pe
nas cordialiter perpenderes: credo ꝙ libenter laborē:
& dolorē sustineres: & nihil rigoris formidares. Sed
quia ad cor ista non transeūt: & blandimenta adhuc
amamus: ideo frigidi: & ualde pigri remāemus. Sepe
est inopia spiritus: unde tam leuiter conquerit miserū
corpus. Ora igitur humiliter ad domium: ut det tibi
compunctionis

cōpunctiōis spiritū: & dic cū propheta. Ciba me dn̄e pane lachrymarū: potū da mihi in lachrymis i mēsura

¶ De consideratione humane miserie. Cap. xxii


Miser es ubicūq; fueris: & quocunq; te uerte- ris: nisi ad deum te cōuertas. Quid turbaris quia nō succedit tibi sicut uis: & desideras. Quis est qui habet omnia secūdum suā uo- lūtatem. Nec ego: nec tu: nec aliquis hoīum sup terrā Nemo est in mūdo sine aliqua tribulatione: uel angu stia: q̄uis rex sit: uel papa. Quis est: qui melius habet: uti qui pro deo aliquid pati ualet. Dicunt multi imbe cilles: & ifirmi. Ecce q̄ bonam uitam ille homo habet q̄ diues: q̄ potens: q̄ excellsus: q̄ magnus: & q̄ pulcher. Sed attende ad celestia bona: et uidebis: q̄ omnia ista temporalia nulla sunt: sed ualde incerta: et magis gra uantia: quia nūq̄ sine sollicitudine: & timore possidē tur: nō est hominis felicitas haberē temporalia ad abū dantiam: sed sufficit ei mediocritas. Vere miseria ē ui uere super terram. Quāto homo uoluerit esse spiritua lior: tāto p̄sens uita fit ei amarior: quia sentit melius: & uidet clarius humane corruptionis defectus: nam comedere: bibere: uigilare: dormire: quiescere: labora re: & ceteris necessitatibus nature subiacere: uere ma gna miseria est: & aflictio homini deuoto: qui liben- ter esset absolutus: & liber ab omni peccato. Valde enim grauatur interior homo necessitatibus corpora libus in hoc mundo. Vnde propheta deuote rogat: quatenus liber ab istis esse ualeat: dicens. De necessi- tatibus meis erue me domine. Sed ueh non cognoscē tibus suam miseriam: & amplius de illis: qui diligūt hanc miseriam: & corruptibilem uitam: nam in tan- tum quidam hanc amplectuntur: licet etiam uix ne-

cessaria laborando aut meditando habeant: ut si hoc possent semper uiuere: de regno dei nihil curarent. O insani: & infideles corde: qui tam profunde in terris iacent: ut nil nisi carnalia sapiāt. Sed miseri ad hec in fine grauiter sentiēt: quam uile & nihilum erat: quod amauerunt. Sancti autem dei: & oēs duoti amici christi nō attenderunt: qui carni placuerūt: nec qui in hoc tempore floruerunt: sed tota spes eorum: & itētio ad eterna bōa anhelabat: ferebatur: totum desiderium eorum ad mēsurā: & iuisibilia: ne amore uisibiliū traherentur ad infima. Noli frater amittere confidentiā proficiendi ad spiritualia: adhuc habes tempus: et horam. Quare uis procrastinare propositum tuum. Surge & in istanti incipe: & dic. Nunc tempus est faciendi: nūc tempus est pugnandi: nunc tempus aptum est emēdandi. Quādo male habes: & tribularis: tūc tempus est promerēdi. Oportet te trāsire per ignē: & aquā anteq̄ uenias in refrigeriū. Nisi tibi uim feceris: uitiū: nō superabis. Quādiu istud fragile corpus gerimus: sine peccato esse nō possumus: nec sine tedio: & dolorē uiuere. Libenter haberemus ab omni miseria quietē: sed quia per peccatum perdidimus inocentiam: amisimus etiam ueram beatitudiēm. Ideo oportet nos tenere patiētiam: & dei expectare misericordiam: dōec trāseat iniquitas: & hec mortalitas absorbeatur a uita. O quāta fragilitas hūana: que semper prōa est ad uitia: hodie cōfiteris peccata tua: & cras iterum perpetras cōfessa. Nunc proponis cauere: & post horā agis: quasi nihil proposuisses. Merito ergo nosipsos humiliare possumus: nec unquam aliquid magni de nobis sentire: quia taz fragiles: & istabiles sumus. Cito etiā potes perdi per negligentiam: quod multo labore uix

tandem acquisitum est per gratiam. Quid fiet de no⸗bis adhuc in fine: qui te poscimus tam mane. Veh no bis si sic uolumus declinare ad quietem: quasi iam pax sit: & securitas: cum necdum appareat uestigium uere sanctitatis in nostra ɔuersatiõe. Bene opus esset: ꝙ ad huc iterũ istitueremur tanq̃ bõi nouicii ad mores opti mos: si forte spes esset de aliqua futura emendatione: & maiori spirituali profectu.

¶ De meditatione mortis. Cap. xxiii.


Alde cito erit tecũ hoc factũ: uide aliter quomodo te habeas: hodie homo est: et cras nõ cõparet: cum aũt sublatus fuerit ab oculis: cito ẽt trãsit a mente. O hebe tudo: & duritia cordis hũani: ꝙ solũ p̃⸗sẽtia meditať: & futura ñ magis preuidet. Sic te in oĩ facto: & cogitatu deberes teneř quasi statim esses mo riturus. Si bonã cõsciẽtiam haberes: nõ multũ mortẽ timeres. Melius esset peccata cauere: q̃ mortẽ fugere. Si hodie nõ es paratus: quomodo cras eris. Cras est dies incerta: & quid scis: si crastinũ habebis. Quid ꝓ dest diu uiuere: qñ tam parũ emendamur. Ah longa uita nõ semper emendat: sed sepe culpã' magis auget. Vtinam per unã diem bñ essemus cõuersati i hoc mũ do. Multi annos cõputãt cõuersionis: sed sepe paruꝰ est fructus emendationis. Si formidolosum est mori: forsitã periculosius est diutius uiuere. Beatus qui ho⸗ram mortis sue semper ante oculos habet: & ad mori endum quottidie se disponit. Si uidisti aliquãdo ho minem mori: cogita qa & tu per eandẽ uiã transibis. Cũ mãe fuerit: puta te aduesperũ nõ pueturũ. Vespe re aũt facto: mãe nõ audeas tibi polliceri. Semp ergo paratus esto: & te taliter uiue: ut nũq̃ impatum mors

inueniat. Multi subito: & improuise moriũtur nã ho
ra: qua nõ putaur: filius hominis uẽturus est. Quan
do illa extrema hora uenerit: multum aliter sentire in
cipies de tota uita tua preterita & ualde dolebis: ꝙ tã
negligens: & remissus fuisti. Quam felix: & prudens
qui talis nunc nititur esse in uita: qualis optat inue-
niri in morte. Dabit namque magnam confidẽtiam
feliciter moriendi perfectus contemptus mundi: fer-
uens desiderium in uirtutibus ꝓficiendi: amor disci-
pline: labor penitentie: ꝓmptitudo obedientie: abne
gatio sui: & supportatio cuiuslibet aduersitatis pro
amore christi. Multa bona potes opari: dũ sanus es:
sed ĩfirmatus nescio quid poteris. Pauci ex infirmita
te emẽdanť: sic & q multum pegrinanť raro scificanť
Noli ɔfidere sup amicos: & proximos: nec ĩ futuris sa
lutẽ tuã differas: qa citius obliuiscenť tui hoies ꝗ esti
mas. Melius est nũc tẽpestiue ꝓuidere: & aliquid bo-
ni premittere: ꝗ super aliorum auxilio sperare. Si non
es ꝓ teipso sollicitus modo: quis erit pro te sollicitus
in futuro. Nũc tẽpus est ualde preciosum: sed proh do
lor: ꝙ hoc iutilis expẽdis: in quo promereri uales: un
de eternaliter uiuas. Veniet qñ unum diem: seu horã
pro emendatione desiderabis: & nescio an impetra-
bis. Eya carissime de quanto periculo te poteris libe
rare: de ꝗ magno timore eripere: si modo semper ti-
moratus fueris: & de morte suspectus. Stude nunc
taliter uiuere: ut in hora mortis ualeas potius gau-
dere ꝗ timere. Disce nunc mori mundo: ut tunc inci
pias uiuere cum xpo. Disce nũc oia cõtemnere: ut tũc
possis libere ad christum pgere. Castiga nunc corpus
tuum per penitentiã: ut tunc ualeas certam habere cõ
fidentiam. Ah stulte quid cogitas te diu uicturũ: cuȝ
nullum

nullum diem habeas securũ. Quã multi decepti sunt & insperate de corpore extracti. Quotiens audisti a dicẽtibus: quia ille gladio cecidit: ille submersus est: ille ab alto ruens ceruicem fregit: ille manducãdo obriguit: ille ludendo finem fecit: alius igne: alius ferro: alius peste: & alius latrocinio periit: & sic omnium finis mors est: & uita hoium tanq̃ umbra subito pertrãsit. Quis memorabitur tui post mortem: & qs orabit pro te. Age age nunc carissime quicquid agere potes: quia nescis quãdo morieris: nescis etiaꝫ quid tibi post mortem sequet̃: dũ tẽpus habes: congrega tibi diuitias immortales. Preter salutẽ tuam nihil cogites: solum que dei sũt cures. Fac nũc tibi amicos uenerãdo dei sanctos: & eorũ actus imitãdo: ut cũ defeceris in hac uita: illi te recipiant in eterna tabernacula. Serua te tãq̃ã peregrinum: & hospitẽ sup terrã: ad quẽ nihil spectat de mundi negociis. Serua cor liberum: & ad deum sursum erectũ quia nõ habes hic manẽtẽ ciuitatẽ. Illuc preces: & gemitus quottidianos cum lachrymis dirige: ut spiritus tuus mereatur post mortem ad dominum feliciter transire. Amen.

¶ De iudicio: & penis peccatorum. Cap. xxiiii.

IN oibus rebus respice fineꝫ: & qualiter ante districtum iudicem stabis: cui nihil ẽ ocultũ q muñerib⁹ nõ placatur: nec excusatiões recipit: sed quod iustũ ẽ iudicabit. O miserrime & isipiẽs peccator qd respõdebis deo: oia mala tua scienti: q interdũ formidas uultum hois irati. Vt quid non preuides ibi in die iudicii: quando nemo poterit per alium excusari: uel defendi: sed unusqsq; sufficiẽs onus erit sibiipsi. Nunc labor tuus est fructuosus: fletus acceptabilis: gemitus exaudibilis: dolor sa-

tisfactorius: & purgatiu⁹. Habet magnū: & salubre purgatoriū patiēs homo: q suscipiēs iniurias: plus dolet de alterius malitia q̄ de sua iniuria ꝓ ↄtrariantib⁹ sibi libēter orat & ex corde culpas idulget: q ueniā ab aliis petere ñ retardat q facilius miseret q̄ irascit̄ q sibi ipsi uiolentiā frequēter facit: & carnē suā oino spiritui subiugare conatur. Melius est modo purgare peccata & uitia resecare: q̄ in futuro purganda reseruare: uere nosipsos decipimus per inordinatum amorem: quem ad carnem habemus. Quid aliud ille ignis deuorabit nisi peccata tua? Quanto amplius tibiipsi nunc parcis: & carnē sequeris: tāto durius postea lues: & maiorem materiam cōburēdi reseruas: in quibus homo peccauit: & illis grauius punieť. Ibi accidiosi ardentibus stimulis purgabūť: & gulosi igēti fame: ac siti cruciabuntur. Ibi luxuriosi: & uoluptatū amatores ardēti pice: & fetido sulphure perfundenť. Et sicut furiosi canes pre dolore inuidiosi ululabunt. Nullum uitium erit: quod suum ꝓprium cruciatum non habebit. Ibi superbi omni confusione replebūtur: & auari miserrima egestate arctabuntur. Ibi erit una hora grauior in pena: q̄ hic cētum anni in amarissima penitentia. Ibi nulla requies est: & nulla cōsolatio damnatis. Hic tamen interdum cessať a laboribus: atq; amicorum fruitur solatiis. Esto modo sollicit⁹: & dolens pro peccatis tuis: ut in die iudicii sis securus cum beatis. Tunc enim iusti stabunt in magna cōstātia aduersus eos: q se angustiauerūt: & depresserunt. Tūc stabit ad iudicādum: q modo se subiicit humiliter iudiciis hoium. Tūc magnā fiduciā hēbit pauper: & humilis & pauebit undiq; superbus. Tūc uidebiť sapiens in hoc mūdo fuisse: q pro christo didicit stultus: & despect⁹ esse

Tũc placebit omnis tribulatio patiẽter ꝑpessa: & oĩs iniquitas oppilabit os suum. Tunc gaudebit oĩs deuotus: & merebit oĩs religiosus. Tunc plus exultabit caro afflicta: q̃ si in delitiis fuisset semper nutrita. Tunc splẽdebit habitus uilis: & obtenebrescet uestis subtilis. Tunc plus laudabit̃ paupculum domicilium q̃ deauratum palatiũ. Tũc plus iuuabit ꝯstãs patiẽtia: q̃ oĩs mũdi potẽtia. Tũc amplius exaltabit̃ simplex obediẽtia: q̃ oĩs secularis astutia. Tũc plus letificabit pura: & bona consciẽtia: q̃ docta p̄hia. Tũc plus põderabit cõtemptus diuitiarũ: q̃ totus thesaurus terrigenarũ. Tũc magis consolaberis sup deuota oõne: q̃ sup delicata cõestiõe. Tũc potius gaudebis de ꝓuato silẽtio: q̃ de longa fabulatiõe. Tũc plus ualebunt sancta opa: q̃ multa pulchra uerba. Tũc plus placebit tristis uita: & ardua penitẽtia: q̃ oĩs delectatio terrena. Disce nunc ĩ modico pati: ut tũc a grauioribus ualeas liberari. Hic primo ꝓba: quid possis pati postea. Si nunc tam parũ nõ ueles sustinere: quomõ poteris tũc eterna tormẽta sufferre. Si modo modica passio iam impatientem efficit: quid gehẽna tunc faciet? Ecce uere non potes duo gaudia habere: delectari hic in mundo: & postea regnare in celo cum christo. Si usque in hodiernum diem semper in honoribus: & uoluptatibus uixisses. quid totum tibi profuisset: si iam in instãti mori contingeret. Omnia ergo uanitas preter amare deũ: & illi soli seruire. Qui enim deum ex toto corde amat: nec mortem: nec supplicium: nec iudicium: nec infernum metuit: quia perfectus amor securum accessum ad deum facit. Quem autem adhuc peccare delectat: non mirum si mortem: & iudicium timeat. Bonum tamen est

ut si necdū amor a malo te reuocet: saltem timor gehē nalis coherceat. Qui uero timorez dī postpōit: diu stare in bono nō ualebit: sed diaboli laqueos citius icurret

¶ De feruēti emēdatiōe totius uite nostre. Cap. xxv.


Sto uigilans: & diligēs in dei seruitio: & cogita frequēter: ad quid uenisti: & cur seculū reliqsti: nōne ut dō uiueres: & spūalis homo fieres: igitur ad pfectum ferueas: qa mercedem laboꝝ tuoꝝ in breui recipies: nec erit tunc amplius timor: aut dolor in finibus tuis. Modicum nūc laborabis: & magnā requiem: imo ppetuam letitiā iuenies. Si tu pmāseris fidelis: & feruidus in agēdo: deus pculdubio erit fidelis: & locuplex in retribuēdo. Spē bōam retinere debes: ꝙ ad palmā puenies: sed securitatem capere nō oportet: ne torpeas: aut elatus fias. Cum enim quidam anxius inter metum: & spem frequēter fluctuaret: & quadam uice merore cōfectus in ecclesia: ante quoddam altare: se in oratōe prostrauisset: hec iter se reuoluit dicēs. O si scirem: ꝙ adhuc perseueraturꝰ essem: statimqꝫ audiuit itus diuinum respōsum. Quid si hoc scires: facere uelles. Fac nunc quod tūc facere uelles: & bene securus eris. Moxqꝫ ꝯsolatus & cōfortatus diuine se commisit uolūtati: & cessauit anxia fluctuatio: noluitqꝫ curiose iuestigare: ut sciret que sibi essent futura: sed magis studuit iquirere: que esset uolūtas dei: bene placēs: & pfecta: ad omne opꝰ bonum ichoandum: & perficiēdum. Spera in domio & fac bonitatē: ait pphā: & ihabita terrā: & pasceris in diuitiis eius. Unū est quod multos a profectu et feruēti emendatiōe retrahit: horror difficultatis: seu labor certaminis. Enimuero illi maxime pre aliis in uirtutibus proficiūt: qui ea: que sibi magis grauia: & cō

traria

traria sunt:uiribus uincere nitũtur. Nã ibi homo pl⁹ proficit:& gratiã meretur ampliorem: ubi magis seip sum uincit:& in spiritu mortificat. Sed nõ omnes ha bẽt eque multum ad uincẽdum:et moriendũ. Diligẽs tamẽ emulatior ualẽtior erit ad ꝓficiendum: etiam si plures habeat passiões:q̃ alius bene morigeratus: mi nus tamẽ feruens ad uirtutes. Duo tamen specialiter ad magnam emendatiõem iuuãt: uidelicet subtrahe re se uiolenter:ad quod natura uitiose iclinatur: et fer uenter instare pro bono: quo amplius quis ĩdiget. Il la etiam studeas magis cauere: & uincere: que tibi fre quentius in aliis displicent. Vbiq̧ profectum tuum capias: ut si bona exempla uideas: uel audias:ad imi tandum accẽdaris. Si quid autem reprehensibile cõsi deraueris: caue ne idem facias: aut si aliquando fecisti citius emendare te studeas. Sicut oculus tuus alios cõ siderat: sic iterum ab aliis notaris. Quam iocundum: & dulce est uidere feruidos: & deuotos fratres bñ mo rigeratos: & disciplinatos. Quam triste est: & graue uidere inordinate ambulantes: qui ea: ad que uocati sunt: nõ exercent. Quam nociuum est negligere uoca tionis sue propositum: & ad nõ cõmissa sensu inclina re. Memor esto arrepti propositi: et imaginem tibi ꝓ pone crucifixi. Bene uerecundari potes: inspecta uita iesu christi: quia necdum magis illi te conformare stu duisset: licet diu in uia dei fuisti. Religiosus: qui sein tente: et deuote in sãctissima uita: et passione dñi exer cet: oĩa utilia: & necessaria sibi abundanter ibi inueni et: nec opus est: ut extra iesum aliqd melius querat. O si iesus crucifixus in cor nr̃m ueniret: quã cito & suffi cienter docti essemus. Religiosus feruidus oĩa bene portat: et capit: que illi iubentur. Religiosus negligẽs

et tepidus habet tribulationē ſup tribulationē: et ex omni parte patit̄ anguſtiā: qa interiori ꝯſolatione caret: et exteriorem q̄rere prohibetur. Religioſus extra diſciplinā uiuens: graui ruine paret. Qui laxiora querit: & remiſſiora: ſemp in anguſtiis erit: quia aut unū aut reliquū ſibi diſplicebit. Quomodo faciunt tam multi alii religioſi: qui ſatis arcti ſunt ſub diſciplina clauſtrali. Raro exeunt: abſtracte uiuunt: pauperime cōedunt groſſe ueſtiunt̄: multū laborāt: parū loquūt̄ diu uigilant: mature ſurgunt: oratiōes prolongant: frequenter legunt: & ſe in omni diſciplina cuſtodiūt. Attende cartuſienſes: ciſtercienſes: & diuerſe religionis monachos: ac moniales: qualiter omni nocte ad pſallendum domino aſſurgunt. Et ideo turpe eſt: ut tu deberes in tam ſancto opere pigritare: ubi tanta multitudo religioſorū incipit deo iubilare. O ſi nihil aliud faciēdum incumberet: niſi dn̄m deum noſtrum toto corde: & ore laudare. O ſi nunq̄ indigeres comedere: nec bibere: nec dormire: ſed ſemper poſſeſ deum laudare: & ſolūmodo ſpūalibus ſtudiis uacare: tunc multo felicior eſſes: q̄ modo cum carni ex qualicunq; neceſſitate ſeruis. Vtinam non eſſent iſte neceſſitates ſed ſolummodo ſpūales anime refectiones: quas heu ſatis raro deguſtamus. Quando homo ad hoc peruenit: ꝙ de nulla creatura conſolationē ſuā querit: tunc ei deus primo pfecte ſapere incipit: tunc etiā bene cōtentus de omni euentu reꝶ erit: tunc nec ꝓ magno letabit̄: nec pro modico cōtriſtabit̄: ſed ponit ſe integre & fiducialiter in deo: qui eſt ei oīa in oībus: cui nihil utiq; perit: nec morit̄: ſed oīa ei uiuunt: & ad nutum incunctanter deſeruiunt. Memento ſemper finis: & qa perditum non reddit tempus. Sine ſollicitudine: & diligentia

& diligentia nunq̃ acqres uirtutes. Si incipis tepesce re: incipies male habere. Si aūt dederis te ad feruorē inuenies magnā pacem: & senties leuiorem laborem ꝓpter dei gratiam: & uirtutis amorem. Homo feruidus: & diligens ad oīa est paratus. Maior labor est resistere uitiis: & passionibus: q̃ corporalibus insudare laboribus. Qui paruos non uitat defectus: paulatim labitur ad maiores. Gaudebis semp uespere: & diem expendas fructuose. Vigila super teipsum: et quicqd de aliis sit: non negligas teipsum. Tantum proficies quantum si tibiipsi uim intuleris.

❡ Incipit liber secundus.

❡ De interna conuersatione. Capitulum. i.



Egnum dei intra uos est: dicit dominus. Cōuerte te ex toto corde tuo ad dominū: & relinq̃ hunc miserum mūdum: & iueniet aīa tua requiem disce exteriora contemnere: & ad interiora te dare: et uidebis regnū dei in te uenire. Est. n. regnum dei pax: et gaudium in spū sancto: qd' non dat impiis. Veniet ad te xp̄us ostendens tibi consolationē suā: si dignā illi ab intus paraueris mansionē. Oīs gloria eius: & decor ab ītra est: & ibi cōplacet sibi. Frequens illi uisitatio cū hoīe interno: dulcis sermocinatio: grata cōsolatio: multa pax: familiaritas stupēda nimis. Eya aīa fidelis prepara huic sponso cor tuū: quatenus ad te uenire: & in te habitarē dignetur. Sic. n. dicit. Si qs diligit me sermonem meū seruabit: & ad eum ueniemus; & mansionē

apud eum faciemus. Da ergo christo locum: & cete-
ris omnibus nega introitum. Cum christum habue-
ris: diues es: & sufficit tibi. Ipse erit prouisor tuus: et
fidelis procurator in omnibus: ut nō sit opus tibi in
omnibus sperare. Homines enim cito mutātur: & de
ficiunt uelociter: christus autem mãet in eternum: &
astat usq; ī finem firmiter. Non est magna fiducia po
nenda in homīe fragili: & mortali: etiā si utilis sit: &
dilectus: neq; tristitia multa capienda ex hoc: si inter
dum aduersetur: & contradicat. Qui hodie te cum
sunt: cras ɔtrariari possunt: & e cōuerso sepe: ut aura
uertunt. Pone totam fiduciam tuā in dño: & sit ipse ti
mor tuus: & amor tuus. Ipse pro te respōdebit: & fa
ciet bene sicut melius fuerit. Non habes hic manentē
ciuitatē: & ubicūq; fueris extraneus es: et peregrinus
nec requiem aliquando habebis: nisi xpo intime fue
ris unitus. Quid hic circunspicis: cū iste non sit locus
tue reqsitionis. In celestibus debet esse habitatio tua
& sicut in transitu cūcta terrena sunt aspicienda: trā
seunt omnia: et tu cum eis pariter. Vide: ut non inhe
reas: ne capiaris: & pereas. Apud altissimum sit cogi
tatio tua: et deprecatio tua ad christum sine intermis
sione dirigatur. Si nescis alta speculari: & celestia: re
quiesce in passione christi: et in sacris uulneribus eius
libenter habita. Si enim ad uulnera: & preciosa stig
mata iesu deuote confugis: magnam in tribulatione
conformationem senties: nec multum curabis homi
num despectiões: faciliterq; uerba detrahentium per
feres. Christus fuit etiam in mūdo ab hominibus de
spectus: & in maxima necessitate a notis: & amicis
inter opprobria derelictus christus pati uoluit & des
pici: & tu audes de aliquo conqueri: christus habuit
aduersarios

aduersarios: & oblocutores: & tu uis omnes habere amicos: & benefactores. Vnde coronabitur patien-tia tua: si nil aduersitatis occurrerit. Si nihil contra-rium uis pati: quomodo eris amicus christi. Sustine te cum christo: & pro christo: si uis regnare cum chri-sto. Si semel perfecte introisses interiora iesu: & mo-dicū de ardente eius amore sapuisses tūc de ꝓprio cō modo: uel incōmodo nihil curares: sed magis ď opꝓ brio illato gauderes: quia amor iesu facit hoiem seip sum contemnere. Amator iesu: & uerus: internus & liber ab affectionibus inordinatis potest se ad deum libere conuertere: & eleuare se supra seipsum in spiri-tu: ac fruitiue quiescere. Cui sapiunt omnia prout sunt: non ut dicuntur: aut estimantur: hic uere sapi-ens: & doctus magis a deo q̃ ab hominibus. Qui ab intra scit ambulare: & modicum res ab extra ponde rare: non requirit loca: nec tempora expectat ad ha-benda deuota exercitia. Homo internus cito se recol legit: quia nunq̃ se totum ad exteriora effundit. Non illi obest labor exterior: aut occupatio ad tempus ne cessaria: sed sicut res eueniunt: sic se illis accōmodat. Qui intus bene dispositus est: & ordinatus: non cu-rat mirabiles: & peruersos hominum gestus. Tantū homo impeditur: & distrahitur: quantum sibi res at trahit. Si recte tibi esset: & bene purgatus esses: om-nia tibi in bonum cederent: & ꝑfectum. Ideo multa tibi displicent: & sepe conturbant: quia ad hoc non es tibi ipsi perfecte mortuus: nec segregatus ab om-nibus terrenis. Nihil sic maculat: & implicat cor ho-minis: sicut impurus amor in creaturis. Si renuis con solari exterius: poteris speculari celestia: & frequen-ter interius iubilare.

¶ De humili submissiõe sub prelati regimine. C.ii.

NOn magnipendas quis pro te: uel cõtra te sit: sed hoc age: & cura: ut deus tecũ sit in omni re: quam facis. Habeas cõscientiam bonam: & deus bene te defensabit. Quem enim adiuuare uoluerit: nullius puersitas nocere poterit. Si tu scis tacere: & pati: uidebis pculdubio dñi auxiliũ. Ipse nouit tempus: & modum liberandi te: & ideo debes te illi resignare. Dei est adiuuare: & ab omni ɔfusione liberare. Sepe ualde prodest ad maiorem humilitatẽ conseruandã ꝙ defectus nostros alii sciunt: & redarguũt. Quando hõ ꝑ defectibus suis se humiliat: tũc faciliter alios placat: et leuiter satisfacit sibi irascẽtibus. Humilem deus ꝓtegit: & liberat: humilem diligit: & consolat̃: humili homini se inclinat: humili largitur gratiam magnã: et post suam depressionem leuat ad gloriam: humili sua secreta reuelat: & ad se dulciter trahit: & inuitat. Humilis accepta: cõtumelia: & confusio: nec satis bene ẽ in pace: qa stat in deo: et nõ in mũdo. Non reputes: te aliqd profecisse: nisi omnibus inferiorem te esse sentias.

¶ De bono & pacifico homine. Cap. iii.

POne te primo in pace: & tunc alios poteris pacificare. Homo pacificus plus ꝓdest q̃ bene doctus. Homo passionatus etiam bonum in malum trahit: & faciliter malum credit. Bõus: & pacificus homo omnia ad bonũ conuertit. Qui bene in pace est: de nullo suspicat̃: qui aũt male contentus est: & cõmotus uariis suspitionibus agitat̃: nec ipse quiescit: nec alios quiescere permittit. Dicit sepe: quod non dicere deberet: & omittit: quod sepe sibi magis facere expediret

diret

diret. Confiderat: q alii facere tenentur: & negligit quod ipse facere tenetur. Habe ergo primum zelū super temeripsum: tunc zelare poteris etiam iuste proximum tuum. Tu benefacta tua scis excusare: & tolerare: & aliorum nō uis recipere excusationes. Iustius esset: ut te accusares: & fratrem tuū excusares. Si portari uis: porta & alium. Vide quam longe es adhuc a uera charitate: & humilitate: que nulli nouit indignari: uel irasci: nisi tantum sibiipsi. Non est magnum cuz bonis & mansuetis cōuersari: hoc enim omnibus naturaliter placet: & unusquisq libenter pacem habet: & secum sentientes magis diligit. Sed cum duris: aut peruersis: & indisciplinatis: aut nobis contrariātibus pacifice posse uiuere: magna gratia est: & laudabile nimis uirileq factū. Sed sunt: qui seipsos in pace tenent & cum aliis etiam pacem habent. Et sunt: qui nec pacem habent: nec alios in pace dimittunt. Alii sunt graues: sed sibi sunt grauiores. Et sunt: qui seipsos in pace retinent: & ad pacem alios reducere student: & tamen tota pax nostra in hac misera uita potius in hūili sufferentia ponenda est: q̄ in non sentiendo contraria. Qui melius scit pati: pacem tenebit maiorem. Iste est uictor sui: & dn̄s mundi: amicus christi: & heres celi.

De pura mente: & simplici intentione. Cap. iiii.



Quabus homo subleuat̄ a terrēis: simplicitate. s. & puritate. Simplicitas d̄bet esse i itentiōe: puritas in affectiōe. Simplicitas itēdit dū: puritas apprehēdit: & gustat. Nulla bona actio te ipediet: si liber itus ab oi inordiato affectu fueris. Si nihil aliud q̄ dei bn̄placitum: & proximi utilitatē itendis: & q̄ris: iterna libertate frueris. Si rectū

cor tuum esset: tūc omnis creatura speculum uite: & liber sancte doctrine esset. Non est creatura tam parua: & uilis: que bonitatem dei non representet. Si tu esses intus bonus: & purus: tunc omnia sine impedimēto uideres: & caperes bene. Cor purum penetrat celum: & infernū. Qualis unusquisqꝫ intus est: taliter iudicat exterius. Si est gaudium in mundo hoc utiqꝫ possidet puri cordis homo. Et si est alicubi tribulatio & angustia: hoc melius nouit mala cōsciencia. Sicut ferrum missum in ignem amittit rubiginem: & totū cedens efficitur: sic homo ad deum se integre conuertens a torpore exuitur: & in nouum hoiem transmutatur. Quando homo incipit tepescere: tunc paruum metuit laborem: & libēter externam accipit cōsolationem. Sed quando perfecte incipit se uincere: & uiriliter in uia dei ambulare: tunc minus ea reputat: que sibi prius grauia esse sentiebat.

¶ De propria consideratione. Cap. v.

Non possumus nobisipsis nimis credere: qa sepe nobis gratia deest: et sensus modicum lumen est in nobis: & hoc cito per negligentiam amittimus. Sepe etiam non aduertimus ꝙ tam ceci intus sumus. Sepe male agimus: & prius excusamus: & passione interdum mouemur: et celum putamus. Parua in aliis reprehendimus: et nostra maiora pertransimus: satis cito sentimus: & ponderamus: quod ab aliis sustinemus: sed quātum alii a nobis sustinēt: non aduertimus. Qui bene: & recte sua ponderaret: non esset: quod de alio grauiter iudicaret. Internus homo suipsius curam omnibus curis antepōit: & qui sibiipsi diligēter intēdit: faciliter de aliis tacet. Nunq̄ eris internus: & deuotus: nisi de

alienis

alienis filueris:& ad teipsũ spũaliter respexeris. Si tibi:et deo totaliter itendis:modicũ te mouebit:qđ foris pcipis. Vbi es:qñ tibiipsi presens nõ es: qñ oĩa percurristi:qd te neglecto pfecisti. Si debes habere pacẽ et unionẽ uerã:opz:ꝙ totũ adhuc postponas: et te solum pre oculis habeas. Multũ pinde pficies:si te feriatum ab oĩ tpali cura cõserues. Valde deficies:si aliqd tpale reputaueris. Nil altum:nil magnũ: nil gratum: nil acceptum tibi sit:nisi pure deus:aut deo sit. Totũ uanum estima quicqd consolationis occurrit de aliqua creatura:amans deo anima sub deo despicit uniuersa. Solus deus eternus:& immensus:implens omnia:solatium est anime:et uera cordis leticia.

De leticia bone conscientie. Cap.vi.



Loria boni hoĩs testimoniũ bone cõscie est. Habe bonã cõsciam: & suphabebis leticiã. Bona cõscia ualde multa põt portare:& ualde leta:& iter aduersa. Mala cõscia semp timida est:& inqeta. Suauiter reqesces:si te cor tuũ ñ reprehẽderit. Noli letari: nisi cũ benefeceris. Mali nunq̃ habẽt uerã leticiã:nec internã sentiunt pacẽ:qa nõ est pax impiis dicit dñs. Et si dixerint:in pace sumus:nõ uenient sup nos mala:et quis nocere audebit. Nec credas eis: quoniã repẽte exurget ira dei:& in nihilũ redigenť actus eoꝝ: & cogitationes eoꝝ pibunt. Gloriari in tribulatione nõ est graue amãti: sic enim gloria est in cruce dñi gloriari. Breuis gloria:que ab oĩbus dať:& accipitur. Mundi gloriã semp cõitať tristitia. Bonoꝝ glã in cõscientiis eoꝝ:& non in ore hoium. Iustoꝝ leticia de deo:& in deo est:& gaudium eoꝝ de ueritate. Qui uerã:& eternam gloriã desiderat:tpalem nõ curat. Et q tpalem q̃

rit gloriam: aut nō ex anīo cōtemnit: minus amare cō uincitur celestē. Magnā hēt cordis trāqlitatē q nec laudes curat: nec uituperia. Facile erit cōtentus: & pac⁹ cuius cōſcientia munda eſt. Nō es ſanctior: ſi lauderis: nec uilior ſi uituperereris. Quod es: hoc es: nec maior dici uales: q̄ deo teſte ſis. Si attendis quid apud te ſis intus: non curabis: quid de te loquantur homines foris. Homo uidet in facie: deus autem in corde. Homo cōſiderat actus: deus penſat intentiones. Bene ſemp agere: & modicum de ſe tenere: humilis anime indiciū eſt. Nolle cōſolari ab aliqua creatura: magne puritatis: & iterne fiducie idicium eſt. Qui nullum extrinſecus pro ſe teſtimoniū querit: liquet quod ſe deo totaliter cōmiſit. Nō enim qui ſeipſum cōmendat: ille probatus eſt: ait beatus paulus: ſed quem deus commendat. Ambulare cum deo intus: nec aliqua affectione teneri foris: ſtatus eſt interni hominis.

¶ De amore ieſu ſuper omnia. Cap. vii.

BEatus qui itelligit: quid ſit amare ieſum: & cōtemnere ſeipſum ꝓpter ieſum. Oportet dilectū pro dilecto relinquere: qa ieſus uult ſolus ſup oia amari. Dilectio creature fallax: & iſtabilis: dilectio ieſu fidelis: & pſeuerabilis. Qui adheret creature: cadet cū labili: q amplect̄it ieſum firmabit̄ i eū. Illū dilige: & amicū tene: tibi q oibus recedētibus te ñ derelinquet: nec patiet̄ i fine pire. Ab oibus oportet te aliqñ ſeparari: ſiue uelis: ſiue nolis. Teneas te apud ieſum uiuens & moriens: & illius fidelitati te cōmitte: qui omnibus deficientibus ſolus pōt te iuuare. Dilectus tuus talis eſt nature: ut alienū nō uelit admittere: ſed ſolus uult cor tuum haberet: tanquam rex in proprio throno ſedere. Si ſcires te bene

ab omni

ab omni creatura euacuare: iesus deberet libenter te cum habitare. Pone totum perditũ inuenies: quicqd extra iesum in hoibus posueris. Non cõfidas: nec imitaris sup calamum uẽtosum: qa ois caro fenũ: & ois gloria eius: ut flos feni cadet. Cito decipieris: si ad externã hoium apparentiã tantũ aspexeris. Si. n. tuum in aliis queris solatiũ: & lucrum: senties sepe detrimẽtum. Si queris in oibus iesum inuenies utiqꝫ iesum. Si aũt queris teipsum: ĩuenies etiã teipsum sed ad tuam pniciẽ. Plus. n. homo nociuior sibi: si iesum non querit: q̃ totus mundus: & omnes sui aduersarii.

¶ De familiari amicitia iesu. Cap. viii.

QVando iesus adest totũ bonũ est: nec quicq̃ difficile uidet. Q ñ uero iesus nõ adest totũ durũ est. Q ñ iesus intus nõ loquit: ɔsolatio uilis est. Si aũt iesus unũ uerbũ loquit tãtũ magna cõsolatio sentit. Nõne maria magdalena statim surrexit de loco: i quo fleuit: qñ martha illi dixit magister adest: et uocat te. Felix hora: qñ iesus uocat de lachrymis ad gaudiũ spũs. Quã aridus: & durus es sine iesu. Quã insipiens: & uanus: si cupis aliquid extra iesum. Nõne hoc est maius dãnum: q̃ si totum pderes mundũ. Quid potest mũdus cõferre sine iesu esse sine iesu grauis est infernus: & esse cum iesu dulcis paradisus. Si fuerit tecum iesus: nullus poterit nocere inimicus. Qui inuenit iesum: inuenit thesaurum bonũ: immo bonum super omne bõum. Et qui pdit iesum: perdit nimis multum: & plusq̃ totum mundũ Pauperrimus est: qui uiuit sine iesu. Ditissimus: qui bene est cum iesu. Magna ars est scire conuersari cum iesu: & scire iesum tenere magna prudentia. Esto humilis: & pacificus: & erit tecum iesus. Si deuotus

quietus: & permanebit tecum iesus. Potes cito fuga-
re iesum: & gratiam eius perdere: si uolueris ad exte-
riora declinare. Et si illum effugaueris: & perdideris:
ad quem tunc fugies: & quem tunc queres amicū. Si
ne amico non potes diu uiuere & si iesus nō fuerit tibi
pre omnibus amicus: eris nimis tristis: & desolatus.
Fatue igitur agis: si in aliquo altero cōfidis: & letaris
Eligendum est magis totum mundum hēre cōtrariū:
q̄ iesum offensum. Ex omnibus ergo charius sit iesus
dilectus specialis. Diligātur omnes ꝑpter iesuꝫ: iesus
autem propter seipsuꝫ. Solus iesus xp̄s singulariter ē
amandus: qui solus bonus: & fidelis inuenit̃ pre om-
nibus amicis. Propter ipsum: & in ipso: tā amici q̄ ini
mici tibi sint chari: & pro omnibus exorandus est: ut
oēs ipsum cognoscant: & diligāt. Nunq̄ cupias singu
lariter laudari: & amari: quia hoc solius dei est: qui si
milem sibi non habet. Nec uelis: ꝙ aliquis ī corde suo
tecum occupet̃: neqꝫ tu cū alicuius occuperis amore:
sed sit iesus in te: & in omni bono homīe. Esto purus
& liber ab intus sine alicuius creature implicamento.
Oportet te esse nuduꝫ: & purum cor ad iesum gerere
si uis uacare: & uidere: q̄ suauis est dn̄s. Et reuera ad
hoc non peruenies: nisi gratia eius fueris preuētus: &
intratus: ut omnibus euacuatis & licentiatis solus cū
solo uniaris. Quando enim gratia dei uenit ad homi
nem tunc potens fit ad omnia: & qn̄ recedit tūc paup
& infirmus erit: & quasi tantum ad flagella relictus.
In his nō debet deici: nec desperare: sed ad uolūtatē
dei equanimiter stare: & cuncta supuenientia tibi ad
laudē iesu xp̄i ꝑpeti: q̄a post hyemē sequit̃ estas: post
noctā redit dies: & post tēpestatem serenitas magna.

¶ De carentia omnis solatii. Cap. ix.

Non


On est graue humanũ cõtẽnere solatiũ: cũ adest diuinum. Magnũ est: & ualde magnũ tã hũão q̃ diuio posse carerẽ solatio & ꝑ honorẽ dĩ libẽt exiliũ cordi suel le sustiere: & in nullo seipsũ querere: nec ad ꝓpriũ meritũ respicerẽ. Quid magni es si hilaris sis & deuotus adueniẽte gratia optabilis cũctis hec hora. Satis suauiter equitate: quẽ gratia dei portat. Et qd mirũ: si onus nõ sentit: q portatẽ ab ĩpotẽte: & ducitẽ a sũmo ductore. Libẽt habem⁹ aliqd ꝑ solatio: & difficulter homo exuitẽ a se ipso. Vicit sanctus martyr laurentius seculum cum suo sacerdote: quia oẽ qd̕ in mundo delectabile uidebatur despexit: & dei summi sacerdotẽ sixtũ: quem maxie diligebat: ꝑ amore xp̃i etiam a se tolli clemẽter ferebat. Amore igitẽ creatoris amorẽ hois superauit: & ꝑ humano solatio diuinum beneplacitum magis elegit. Ita & tu aliquem necessarium: & dilectum amicum ꝑ amore dei disce relinquere. Nec grauiter feras: cum ab amico derelictus fueris: sciens quoniam oportet nos omnes tandem ab inuicem separari. Multum: & diu oportet hominem in seipso certare: antequam discat seipsum plene superare: & totum affectum suum plene i deũ trahere. Quãdo homo stat super seipso: facile labitẽ ad ꝯsolationes humanas. Sed uerus christi amator: & studiosus sectator uirtutum: non cadit super illas consolationes nec querit tales sensibiles dulcedines: sed magis fortes exercitationes: & pro christo duros sustinere labores. Cum igitur spiritualis consolatio a deo datẽ cum gratiarum actione accipe eam: sed dei munus ĩtellige esse non tuum meritum: & noli extolli. Noli nimium gaudere: nec inaniter presumere: sed esto magis hũi-

Hor ex dono: cautior quoq; : & timorator in cunctis actibus tuis: qm̃ trãsibit hora illa: & sequet̃ tentatio Cum ablata fuerit ↄsolatio: non statim desperes: sed cum humilitate: & patientia expecta celestẽ uisitatio nem: quia potens est deus ampliorem tibi redonare gratiam: & cõsolationem. Istud nõ est nouũ: nec alie nam uitam dei expertis: quia in magnis sanctis: & in antiquis prophetis fuit talis sepe alternationis mo dus. Vnde quidam presente iam gratia dicebat. Ego dixi in abondantia mea non mouebor in eternũ. Ab sente autem gratia: quid in se fuerit expertus adiun git dicens. Aduertisti faciem tuam a me: & factus sum cõturbatus. Inter hec tñ nequaq̃ desperat sed in stãtius dñm rogat: & dicit. Ad te dñe clamabo: & ad deum meũ deprecabor. Deniq; orõnis sue fructum re portat: & se exauditum testat̃ dicens. Audiuit domi nus: & misertus est mei: domius factus est adiutor me us. Sed in quo. Conuertisti inquit planctum meum in gaudium mihi: & circundedisti me leticia. Et si sic actum est cum magnis sctis: non est desperãdũ nobis infirmis: & pauperibus: si ĩterdũ in frigiditate: & iter duz in feruore sumus qm̃ spiritus uenit: & recedit ꝑm sue uoluntatis bñplacitum. Vnde btũs iob ait. Vi sitas enim diluculo: & subito ꝓbas illum. Sup quid igit̃ supare possũ: aut in quo cõfidere debeo: nisi in so la magna misericordia dei: & in sola spe gratie celestis Siue enim adsint hoies boni: siue deuoti fratres: & amici fideles: siue libri sancti: uel tractatus pulchri: si ue dulcis cantus: & hymni: oĩa hec modicuz iuuãt: & modicuz sapiũt: qñ desertus sũma gratia: & in ꝓpria paupertate relictus. Tunc non est melius remedium q̃ patientia: & abnegatio mei in uolũtate dei. Nunq̃ in

ueni

ueni aliquem religiosũ: qui non habuerit interdũ grē subtractionem: aut non senserit feruoris diminutio nem. Nullus sanctus fuit unq̃ tam alte raptus: & illuminatus: qui prius: uel postea non fuit tentatus. Non enim dignus alta dei contemplatiōe: qui ꝓ deo non est exercitatus aliqua tribulatione. Solet enim sequentis cōsolationis tentatio precedēs esse signum Nam tentationibus probatis celestis promittitᷣ ꝯsola tio. Qui uicerit inquit: dabo ei edere de ligno uite. Datur etiā consolatio diuina: ut homo fortior sit ad sustinēdũ aduersa. Sequitur etiam tētatio: ne se euel let de bono. Non dormit diabolus: nec caro adhuc mortua est: ideo non cesses preparare te ad certamen quia a dextris: & a sinistris sũt hostes: q nunq̃ qescũt

❡ De gratitudine pro gratia dei. Cap. x.

Quid queris quietē: cum natus sis ad laborē Pone te ad patiētiam magis: q̃ ad cōsolatio nem: & ad crucē portādā magis q̃ ad leticiā. Quis. n. seculariũ nō libēter ꝯsolationē: & le ticiā spiritualē accipet: si sēp obtinere posset. Excedũt enim spũales consolationes oēs mũdi delitias: & car nis uoluptates. Nam omnes delitie mũdane: aut tur pes sunt: aut uane. Spirituales uero delitie sole iocũ de: & hōeste ex uirtutibus progenite: & a deo puris ī fuse mentibus. Sed istis diuinis cōsolatiōibus: nemo semper pro suo affectu frui ualet: qa tēpus tētatiōis ñ diu cessat. Multuȝ cōtrariatᷣ superne uisitatiōi falsa li bertas aī: & magna cōfidētia sui. Deus bñfacit ꝯsola tiōis grām dando: sed hō male agit: non totũ deo cũ grārum actione retribuēdo. Et iō nō possunt ī nobis dona grē fluere: quia igrati sumus auctori: nec totuȝ refundimus fontali origini. Semper eni debetᷣ grā di

gno gratias referẽti: auferet ab elato: quod dari solet humili. Nolo cõsolationem: que mihi aufert compunctionẽ: nec affecto cõtemplationẽ: q̄ ducit in elationẽ. Nõ eni omne altũ sctũm: nec oẽ desideriũ purũ: nec oẽ dulce bonũ: nec oẽ charũ gratũ deo. Libẽter accepto grãm: unde hũilior & timoratior iuẽiar: atq; ad reliquẽdum me paratior fiat. Doctus dono gratie & erudit⁹ subtractionis uerbere nõ sibi audebit quicq̄ boni attribuere: sed potius se paupem: & nudũ cõfitebit. Da deo quicqd dei est: & tibi ascribe: qd̄ tuum est: hoc est deo grãs pro grã tribue: tibi autem soli culpam: & dignam penã pro culpa deberi sentias. Pone te semp ad infimũ: & dabitur tibi: summũ non stat sine infimo. Summi sancti apud deum: minimi sunt apud se: & quanto gloriosiores: tanto in se humiliores pleni ueritate: & gloria celesti nõ uane glorie cupidi. In deo fundati & cõfirmati nullo modo nõ possunt esse elati: & qui deo totum ascribunt: qcquid boni acceperũt: gloriam abinuicem nõ querunt: sed gloriam: que a solo deo est uolũt: & deum in se: & in omnibus sanctis laudari super oĩa cupiunt: & semp in idipsum tendunt. Eris igitur gratus in minimo: & eris dign⁹ maiora accipere. Sit tibi minimum: etiam pro maximo: & magis cõtemptibile pro speciali dono. Si dignitas datoris inspicitur: nullũ datum paruũ: aut munus uile uidebitur. Nõ enim paruũ est: quod a summo deo dõatur: etiam si penas: & uerbera donauerit: gratũ esse d̄bet: qa semp pro salute nostra facit: quicqd nobis aduenire pmittit. Qui gratiam dei retinere desiderat: sit gratus pro gratia dei data: patiens pro sublata: oret ut redeat: cautus sit: & humilis: ne amittat.

¶ De paucitate amatorum crucis iesu. Cap. xi.

Habet

Abet iesus nūc multos amatores regni sui celestis: sed paucos baiulatores sue crucis. Habet multos desideratores cōsolatiōis: sz paucos tribulatiōis plures iuenit socios mēse: sed paucos abstinētie. Oēs uolūt cū xpo gaudere: sed pauci uolūt pro ipso aliqd sustinere. Multi sequnt iesum usq3 ad fractionē panis: sed pauci ad bibendū calicē passiōis: multi miracula eius uenerant: sed pauci ignominiā crucis sequunt. Multi iesum diligūt: q̄ diu aduersa nō cōtingunt. Multi illū laudant: & bn̄dicunt: q̄diu ɔsolationes aliq̄s ab ipso recipiūt. Si aūt se iesus absconderet: & modicū eos relinqueret: aut in querimoniā: aut in deiectionē nimiā cadūt. Qui aūt iesum pp iesum: & nō ꝑpter suā aliquā cōsolationem ꝑpriam diligūt: ipsum in tribulatiōe: & in angustia cordis: sicut in sūma ɔsolatione bn̄dicunt. Et si nunq̄ eis cōsolationē dare uellet: ipsum tn̄ semp laudarent: & semp grās agere uellent. O quantū pōt amor iesu purus: nullo ꝑprio comodo: uel amore ꝑmixtus. Nonne oēs mercēnarii sunt dicēdi: qui ɔsolationes semper querūt. Nōne amatores sui magis q̄ xp̄i ꝓbantur: qui sua cōmoda: uel lucra sēp meditant. Vel iuenietur talis: qui uelit deo seruire gratis. Raro iuenit tā spūalis aliqs q oibus sit nudatus. Nā uerū spū pauperem: et ab oi creatura nudū: qs iueniet. Procul: & de ultimis finibus preciū eius. Si dederit hō oēm substantiā suā: adhuc nihil est: & si fecerit penitentiā magnā: adhuc exiguū est: & si apprehenderit oēm scientiā: adhuc lōge est: & si habuerit uirtutē magnā: & deuotionē nimis ardentē: adhuc multū sibi deest: unū. s. qd̄ sibi sūme necessariū est. Quid illud. Vt oibus relictis se relinquat: & a se totaliter exeat: nihilq3 de priuato aore re

tineat. Cū oia fecerit: q̄ facienda nouerit: nihil fecisse sentiat. Nō grāde pōderet: q̄ grādus estimari possit: sz in ueritatē seruuū inutilē se pnūciet: sicut ueritas ait: cū feceris oia: q̄ precepta uobis sunt: adhuc dicite: qa serui inutiles sumus. Tūc uero paup: & nudus spū eē poterit: & cū ppheta dicere. Quia unicus: & paup sū ego. Nemo isto ditior: nēo tñ liberior: nēo potētior illo: qui scit sese: & oia relinq̄re: & ad ifimum se ponere.

¶ De regia uia sancte crucis. Cap. xii.



Durus hic multis uī sermo. Abnegat temet ipsum: tolle crucē tuā: & sequere iesū. Sed multo durius erit audire illud extremū uerbū. Discedite a me maledicti i ignē eternū. Qui. n. modo libēter adiūt: & sequunt uerbū crucis: tūc nō timebūt ab auditiōe mala etne damnationis. Hoc signū crucis erit in celo: cū dn̄s ad iudicādū uenerit. Tūc oēs serui crucis: q se crucifixo ɔformauerunt in uita ad xp̄m accedent iudicem cū magna fiducia. Quid igit times tollere crucē: p quā itur ad regnū. In cruce salus: in cruce uita: in cruce ptectio ab hostibus in cruce ifusio supne suauitatis: i cruce robur mentis: in cruce gaudiū spiritus: in cruce uirtus sūma: in cruce pfectio sctitatis. Nō est salus anie: nec spes etne uite: nisi i cruce. Tolle ergo crucē: & seq̄re iesum: & ibis in uitā eternā. Precessit ille baiulans sibi crucē: & mortuus est pro te in cruce: ut tu etiā portes crucem: & mori affectes in cruce: qa si cū mortuus fueris: etiā cum illo pariter uiues: & si socius fueris pene soci⁹ eris: & glie Eccce in cruce totū cōstat: & in moriēdo totū iacet: & nō ē alia uita ad uitā: & ad uerā internā pacē: nisi uia scte crucis: & quottidiane mortificationis. Ambula ubi uis q̄re quodcūq̧ uolueris: & nō iuenies altiorē

uiā supra: nec securiorē uiā: ifra: nisi uiā sancte crucis. Dispone: & ordia oia ꝑm tuū uelle: & uidere: & nō inuenies nisi semp aliqd pati debere: aut spōte: aut iuite & ita crucē sp iuenies. Aut. n. i corpore dolorē sentieſ aut in aia spūs tribulationē sustinebis. Interdū a do relinqueris: iterdū a ꝓximo exercitaberis: & qd amplius ē sepe tibimetipsi grauis eris nec tñ aliquo remedio uel solatio liberari: seu alleuiari poteris: sed donec deus uoluerit: oportet ꝙ sustineas. Vult eni deus: ut tribulationem sine cōsolatione discas pati: & ut ille totaliter te subiicias: & humilior ex tribulatiōe fias. Nemo ita cordialiter sentit passionē christi: sicut is: cui cōtingerit similia pati. Crux igitur sup parata est: et ubicunqꝫ te expectat. Nō potes effugere ubicunqꝫ cucurreris: qa ubicūqꝫ ueneris: teipsum tecū portas: & semp teipsū iuenies. Cōuerte te supra: ꝯuerte te ifra: ꝯuerte te extra: & ifra & in his oibus iuenies crucē: & necesse ē te ubicūqꝫ tenere patiētiā: si iternā uis haber̄ pacem: & ꝑpetuā ꝓmereri coronā. *Si* libēter crucē portas portabit te: & deducet te ad desideratū finem ubi. s. finis patiendi erit: q̄uis hic non erit. *Si* inuite: portas onus tibi facis: & teipsum magis grauas: & tñ oporteat: ut sustineas. *Si* abiicis unā crucem: aliam proculdubio inuenies: & forsitan grauiorem: credis tu euadere: qd̄ nullus mortaliū potuit. Quis sanctoꝝ in mundo sine cruce: & tribulatiōe fuit. Nec eni dñs noster iesus xp̄s una hora sine dolore passionis fuit: q̄diu uixit. Oportebat āt christū pati: & resurger̄ a mortuis: & ita itrare in gl̄iam suā. Et quomodo tu aliā uiā queris q̄ hāc regiam uiā: que est uia sancte crucis. Tota uita christi crux fuit: & martyrium: & tu tibi queris requiem: & gaudium. Erras erras: si aliud queris: quam pati

tribulationes:quia tota ista uita mortalis plena mise
riis:& circūsignata crucibus. Et quanto altius quis
in spiritu pfecerit:tanto grauiores cruces sepe inueni
et:quia exilii sui pena magis ex amore crescit. Sed tñ
iste sic multipilciter afflictus nō est sine leuamine cōso
lationis:quia fructū magnū sibi sentit accrescere ex
sufferētia sue crucis. Nam dū spōte illi se subiicit om
ne onus tribulatiōis in fiduciam diuine cōsolationis
conuertit. Et quāto caro magis per tribulationē atte
ritur:tāto amplius spiritus per internā consolationē
roboratur. Et nōnunq̄ intantum confortatur ex affectu
tribulatiōis:& aduersitatis ob amorē: & cōformita
tem crucis christi:ut non sine dolore: & tribulatione
esse uellet:quoniā tanto se acceptiorē deo credit:quā
to plura:& grauiora pro eo pferre poterit. Non est il
lud uirtus hois sed gratia xpi:que tanta pōt: & agit
in carne fragili:ut qđ naturaliter semp abhorret: &
fugit:hoc feruore spūs aggrediatur:& diligat. Non est
secundū hoiem crucem portare:crucē amare: corpus
castigare:& seruituti subiicere:honores fugere ɔtume
liam libēter sustinere:seipsum despicere: & despici op
tare:aduersa queq; cū damnis perpeti:et nihil prospe
ritatis ī hoc mūdo desiderare. Si ad te ipsum respicis
nihil huiusmodi ex te poteris:sed si in dño ɔfidis da
bitur tibi fortitudo de celo: & subiicietur ditioni tue mū
dus:& caro. Sed nec inimicū diabolū timebis: si fue
ris fide armatus:& iesu cruce signatus. Pone ergo te
sicut fidelis:& bōus seruus xpi ad portandā uiriliter
crucem dñi tui p te ex amore crucifixi. Prepara te ad
tolerāda multa aduersa: & uaria icomoda in hac mi
sera uita:qa sic tecū erit ubicūq; fueris: & sic reuera eū
inuenies:ubicūq; latueris. Oportet te ita esse: & non
est

est remediũ euadendi a tribulatiõe malorꝝ: & dolore ꝗ ut te patiaris. Calicẽ dñi affectãter bibe: si amicus eius esse: & partem cũ eo hẽre desideras. Cõsolatiões deo comitte faciat ipse cũ talibus sicut sibi magis placuerit. Tu uero pone te ad sustinendũ tribulatiões: & reputa eas maximas cõsolatiões: qa ñ sũt cõdigne passiões huius tẽporis ad futurã gloriã ꝗ reuelabit in nobis ꝓmerẽdam: etiã si solus esses: posses sustinere. Q ñ ad hoc ueneris: ꝙ tribulatio tibi dulcis est: & sapit ꝑ xp̃o: tunc bene tecũ eẽ estima: qa iuenisti paradisum in terra. Quãdiu pati tibi graue est: & fugeꝰ querís: tã diu male hẽbis: & sequeꝰ te ubiqꝫ fuga tribulatiõis. Si ponis te ad qđ esse debes: uidelicet ad patiẽdũ: & moriendũ: fiet cito melius: & pacẽ iuenies. Etiam: & si raptus fueris i tertiũ celũ cũ paulo: nõ es ꝓpterea securatus de nullo ↄtrario sustinẽdo. Ego inqt iesus ostẽdã illi: quãta oporteat eũ pro noĩe meo pati. Pati ergo tibi remãet iesum diligere: & ꝑpetue illi ſuire placet. Vtinã dignus esses ꝑ noĩe iesu aliqd pati: ꝗ magna gloria remãeret tibi: ꝗta exultatio oĩbus sanctis dei: quãta edificatio esset ꝓximi. Nam patiẽtiam esset recomẽdãt: quãuis pauci: tamẽ pati uelint Merito deberes libẽter modicũ pati pro xp̃o: cũ multi grauiora patiũꝰ pro mũdo. Scias ꝑ certo: qa morientẽ te oportet ducere uitã: & quãto plus quisqꝫ sibi moriꝰ: tãto deo magis uiuere incipit. Nemo aptus est ad cõprẽdendũ celestia: nisi se submiserit ad portãdũ pro xp̃o aduersa. Nihil deo acceptius: nihil tibi salubrius in mũdo isto: ꝗ libẽter pati pro xp̃o. Et si eligẽdum tibi esset: magis optare deberes ꝑ xp̃o aduersa pati: ꝗ multis cõsolationibus recreari: qa xp̃o similor esses: & oĩbus sanctis eius magis cõformior. Non.n.

stat meritū nostrū: & pfectus status nostri in multis suauitatibus: & cōsolatiōibus: sed potius in magnis grauitatibus: & tribulatiōibus pferendis. Si qdē ali qd melius: & utilius saluti hoīum q̄ pati fuisset: xp̄s utiq3 uerbo: & exēplo ostēdisset. Nā: & sequētes se di scipulos: oēsq3 eū sequi cupiētes māifeste ad crucē por tandā hortat̄: et dicit. Siqs vult uenire post me: abne get semetipsū: & tollat crucē suā: & sequat̄ me. Om nibus ergo plectis: et seruatis: sit ista finalis ɔclusio. Quoniam p multas tribulatiōes oportet nos intrare in regnum dei.

Incipit liber tertius.

¶ De interna xp̄i locutiōe ad aīam fidelē. Cap. I.



Vdiam quid loquat̄ in me dn̄s de us. Beata aīa: que dn̄m in se loquē tem audit: et de ore eius uerbū con solatiōis accipit. Beate aures: q̄ ue nas diuini susurrii aspiciūt et de mū di hui⁹ susurratiōibus nihil aduer tunt. Beate plane aures: que nō uo cē foris sonantē: sed iterius auscultāt ueritatē loquen tē: & docentē. Beati oculi: qui exterioribus clausi: in terioribus aūt sunt intenti. Beati: q interna penetrāt et ad capiēda archana celestia magis ad magis p quo tidiana exercitia se studēt preparare. Beata: q deo ua care gestiūt: & ab omni ipedimēto seculi se excutiūt. Aiaduerte hec o aīa mea: & claude sensualitatis tue ostia: ut possis in te audire qd loquat̄ dn̄s deus in te. Hec dicit dilectus tuus. Salus tua ego sum: pax tua: & uita tua. Serua te apud me: & pacē inuēies. Dimit

te omnia

te oīa trāsitoria: & quere eterna. Quid sūt oīa tpalia nisi seductoria. Et qd iuuant oēs creature: si fueris a creatore deserta. Omnibus abdicatis: creatori tuo te redde placidam ac fidelem: ut ueram ualeas apprehēdere beatitudinem.

¶ Q đ ueritas ītus loquit̄ sine strepitu ūboꝝ. C. ii.


Oquere dñe: qa audit seruus tu⁹. Seruus tuus ego sum: da mihi intellectū: ut sciam testimonia tua. Inclina cor meū in uerba oris tui fluat ut ros eloquiū tuum. Dicebant olim filii israel ad moysen: loq̄re nobis tu: et audiemus: non loquatur nobis dñs: ne forte moriamur. Non sic dñe non sic oro: sed magis cū samuele ꝓpheta humiliter ac desiderāter obsecro: Loquere dñe: quia audit seruus tuus nō loquat̄ mihi moyses: aut aliquis ex prophetis: sed potius tu loquere dñe deus inspirator: & illuminator omnium ꝓphetaruꝫ: qa tu solus sine eis potes me perfecte imbuere illi autem sine te nihil proficient. Possunt quidem uerba sonare: sed spiritum non cōferūt: pulcherrime dicunt: sed te tacēte ad cor non accedunt. Litteras tradunt: sed tu sensum apis. Mysteria proferunt: sed tu referas intellectum signatorum. Mandata edicunt: sed tu iuuas ad perficiendum. Viam ostendunt: sed tu confortas ad ambulādum. Illi foris tantū agunt: sed tu corda instruis: & illuminas. Illi exterius rigant: sed tu fecunditatē donas. Illi clamant uerbis: sed tu auditui intelligētiam tribuis. Non ergo loquatur mihi moyses: sed tu domine deus meus eterna ueritas: ne forte moriar: & sine fructu afficiar. Si fuero tantū foris admonitus: et intus: nō accensus: ne sit mihi ad iudicium uerbū: auditū: & non factū cognitū: nec amatū: creditū: & nō

seruatũ. Loquere igit dñe: qa audit ẜuus tuus. Verba. n. uite eterne hẽs. Loqre mihi ad q̃lemcunq; anie mee cõsolationem: & ad totius uite mee emendationem: tibi autem ad gloriã: & ꝑpetuum honorem.

¶ Quod uerba dei cũ humilitate sunt audienda: & ꝙ multi eam non ponderant. Cap. iii.


Vdi fili mi uerba mea: ũba suauissima omnem philosophoꝝ: et sapientũ huius mũdi scientiã excedẽtia. Verba mea spũs: & uita sunt: nec hũano sensu pensanda. Non sunt ad uanã complacentiã trahẽda: sed in silẽtio audienda: & cũ oi humilitate: atq; affectu magno suscipienda: et dixi. Beatus e st: quẽ tu erudierit dñe: et de lege tua docueris eum: ut mitiges ei a diebus malis: & nõ desolet in terra. Ego inqt dñs docui ꝓphetas ab initio: & usq; nũc nõ cesso oibus loq: sed multi ad uocem meã surdi sunt: & duri plures mundũ libentius audiũt: q̃ deũ facilius sequunt carnis sue appetitũ: q̃ dei beneplacitũ. Promittit mondus tpalia: & parua & seruit ei auiditate magna. Ego ꝓmitto sũma: & eterna: & torpescũt mortaliũ corda. Quis tãta cura mihi nõ i oibus seruit: & obedit: sicut mũdo: & dñis eius seruit. Erubesce sydon ait mare. Et si causã q̃ris audi quare ꝓ modica prebẽda lõga uia currit: & pro eterna uita uix a multis pes semel a terra leuat. Vile preciũ querit: ꝓ uno nũmismate: interdũ turpiter litigat: & ꝓ uana re: & parua ꝓmissione die noctuq; fatigari nõ timet. Sed proh dolor: ꝓ bona incõmutabili ꝓ ꝓmio iestimabili: ꝓ sũmo honore: et gl'a itermiabili uel ad modicũ fatigari pigritat. Erubesce ergo ẜue piger: & q̃rulose: ꝙ illi paratiores inueniunt ad ꝑditionem q̃ tu ad uitã. Gaudent amplius ad uanitatẽ: q̃ tu ad

tu ad ueritatem. Eqdem a spe sua nõnunq̃ frustrãtur: sed promissio mea neminem fallit: nec cõfidentem mihi dimittit ianem. Quod ꝑmisi dabo: qđ dixi iplebo si tñ usq; in finẽ fidelis in dilectiõe mea qs permãserit. Ego remunerator sum oium bonoꝝ: & fortis probator oium deuotoꝝ. Scribe uerba mea in corde tuo: & ꝑtracta diligenter erũt.n. in tpe tentationis ualde necessaria. Quod nõ itelligis: cũ legis: cognosces i die uisitationis. Dupliciter soleo electos meos uisitare: tentatione scilicet: & cõsolatiõe: & duas lectiões eis quottidie lego: unam icrepando coꝝ uitia: alteram exhortandum ad uirtutum incrementa. Qui habet uerba mea & spnit ea: habet q iudicet eum in nouissimo die

¶ Oratio ad implorandũ deuotionis grãm. Ca. iiii.

DOmine deus meus: omnia bõa mea tu es. Et qs ego sum: ut audeam ad te loq. Ego sũ pauperrimus seruulus tuus: & abiectus uermiculus: multo paupior et ꝯtemptibilior q̃ scio & dicere audeo. Memento tñ dñe: qa nihil sum: nihil habeo: nihilq; ualeo. Tu solus bonus: & iustus: & sãctus: tu oia potes: oia prestas: oia imples: solũ peccatorem inanem relinquens. Reminiscere miserationũ tuarũ dñe: & imple cor meũ grã tua: q non uis uacua esse opa tua. Quomodo possum me tolerare in hac misera uita: nisi me cõfortauerit mĩicordia: & gratia tua Noli auertere faciem tuã a me: noli uisitatiõem tuam prolongare: noli cõsolationem tuã abstrahere: ne fiat ãia mea sicut terra sine aqua tibi. Dñe doce me facere uolũtatem tuam: doce me coram te digne: & humiliter conuersari: quia sapientia mea tu es: qui ueritate me cognoscis: & cognouisti antequam fieret mundus & anteq̃ natus essem in mundo.

¶ Quod in ueritate: & humilitate coram deo conuersandum est. Cap. v.

sti malis meis: sed attribuisti me uerberibus amoris in fligens dolores: & imittens angustias: foris & intus. Non est: qui me cõsoletur ex oibus: que sub celo sunt: nisi tu dñe deus meus: celestis medicus aiarꝝ: q pcu-tis: & sanas: deducis ad iferos: & reducis: disciplina tua sup me: & uirga tua ipa me docebit. Ecce pater di lecte: in manibus tuis ego sum: sub uirga correctiõis tue me inclino: pcute dorsum meũ: & collũ meũ: ut in curuem ad uoluntatem tuã tortuositatẽ meã. Fac me pium: hũilem: discipulũ: sicut bñfacere consueuisti: ut ambulem ad oẽm nutũ tuũ. Tibi me: & oia mea ad corrigendũ cõmẽdo: melius est hic corripi q̃ in futuro Tu scis oia: & singula: & nil te latet in hũana cõscien tia. Anteq̃ fiant: nosti uentura: & nõ opus est tibi: ut qs te doceat: aut admoneat de his: que geruntur i ter ra. Tu scis qd expedit ad ꝑfectũ meũ: & quantũ de-seruit tribulatio ad rubiginẽ uitioꝝ purgandã. Fac mecũ desideratũ bñplacitũ tuũ: & ne despicias pecca minosam uitam meã: nulli melius nec clarius q̃ tibi so li notã. Da mihi dñe scire: qđ sciẽdũ est: hoc amarẽ: qđ amandũ ẽ: hoc laudare: qđ ibi summe placet: hoc re putare: qđ tibi preciosũ apparet: hoc uitupare: quod oculis tuis sordescit. Nõ me sinas ẜm uisionem oculo rum exterioꝝ iudicare: neq; ẜm auditũ auriũ hoiũm imperitoꝝ sententiare: sed i iudicio uero de inuisibili bus: & spiritualibus discernere: atq; sup oia uolunta tem bñplaciti tui semp inqrere. Fallunt sepe hoium sẽ sus in iudicãdo: fallunt & amatores seculi uisibilia tã tũmodo amando. Quid est homo inde melior: quia reputatur ab homine maior: fallax fallacem: uanꝰ ua num: cecus cecũ: infirmus infirmũ decipit: dum exal-tat: & ueraciter magis ꝯfundit: dum inaniter laudat

Nam quantũ unusquisq; est in oculis tuis: tantum est & nõ amplius: ait humilis sanctus franciscus.

¶ Quod humilibus insistendum est operibus: cum deficitur a summis. Capl'm. lvi.

f Ili: nõ uales sp in feruentiori desiderio uirtutũ stare: nec in altiori gradu cõtemplationis: sed necesse habes iterdũ ob originalẽ corruptelã ad iferiora descendere: et onus corruptibilis uite ẽt iuite: & cũ tedio portarẽ. Quãdiu mortale corpus geris: tediũ senties: & grauamẽ cordis. Opz ergo sepe ĩ carne de carnis onere gemere: eo q̄ uales spũalibus studiis: & diuine cõtemplatiõi idesinenter iherere. Tũc expedit tibi ad hũilia: & exteriora opa confugere: & in bõis te actibus recreare: aduentũ meũ: & supnã uisitationẽ firma ɔfidẽtia expectare: exiliũ tuũ & ariditatẽ mẽtis patiẽter sufferre: dõec iterũ a me uisiteris: ab oibus anxietatibus libereris. Nã faciã te laboꝝ obliuisci: & interna quiete pfrui. Expãdã corã te prata scripturaruz: ut dilatato corde currere incipias uiã mandatoꝝ meoꝝ: & dices. Nõ sunt ɔdigne passiones huius tpis ad futurã gloriã: que reuelabiẽ ĩ nobis

¶ Quod homo non reputet se consolatione dignum sed magis uerberibus reum. Caplm. lvii.



D Omine: nõ sum dignus ɔsolatione tua: nec aliqua spirituali uisitatiõe: & ideo iuste mecũ agis: qñ me inopẽ: & ɗsolatũ relinqs. Si eni ad instar maris lachrymas fundere possem: adhuc cõsolatione tua dignus nõ essem. Vñ etiã dignus sum quoq; flagellari: & puniri: quia grauiter: & sepe te offendi: & in multis ualde deliq. Ergo uera pẽsata rõne: nec minima sũ dignus ɔsolatione: sed tu clemẽs: & misericors: q nõ uis pire opa tua ad oñden

dū diuitias bonitatis tue in uasa misericordie tue et preter oē ꝓprium meritū dignaris cōsolari seruū tuū supra humanū modū. Tue enim ↄsolatiōes nō sunt sicut humāe cōsolatiōes. Quid egi dn̄e ut mihi confe res aliquā celestē cōsolationē. Ego nihil boni me egis se recolo: sed semꝑ ad uitia ꝓnum: & ad emēdationē pigrū fuisse. Verū est: & negare nō possū. Si aliter di cerē: tu stares ↄtra me: & nō esset: q defēderet. Quid merui ꝑ peccatis meis: nisi infernū: & ignē eternū. In ūitate ↄfiteor: qm̄ dignus sum oi ludibrio: & ↄtemp tu: nec decet me inter deuotos tuos cōmorari. Et lȝ hoc agere audiā: tn̄ aduersū me ꝑ ueritate pctā mea arguā: ut facilius miſicordiā tuā merear ipetrar̄. Quid dicā reus: & oi cōfusiōe plenus. Nō habeo os loqndi nisi hoc tātū uerbū: peccaui dn̄e: peccaui: miſere mei ignosce mihi. Sine me paululū: ut plāgā dolorē meū anteq̄ uadā ad terrā tenebrosam: et opertā mortis ca ligine. Et quid tā maxime a reo: & misero peccatore reqris: nisi ut conterat̄: & humiliet se ꝑ delictis suis. In uera cōtritione: & cordis humiliatiōe nascit̄. spes uenie recōciliat̄ ꝑturbata ↄsciētia: reparat̄ gr̄a ꝑdita tuet̄ hō a futura ira: & occurrūt sibi mutuo ī osculo sc̄tō deus: & penitens aīa: humilis peccatoꝝ cōtritio acceptabile tibi est dn̄e sacrificiū: longe suauius odo rans in cōspectu tuo: q̄ thuris incēsum. Hoc est gratū etiam unguentū: qd̄ sacris pedibus tuis infundi uo luisti: qa cor ↄtritū: & hūiliatū nūq̄ despexisti. Ibi est locus refugii a facie ire inimici: ibi emēdat̄: & abluit̄ qcqd aliunde ↄtractū est: & inqnatū. ¶ De gr̄a: q̄ nō miscent̄ terrēa sapiētibus. C. lviii.

f Ili: preciosa est gr̄a mea nō patitur se misceri extraneis rebus: nec cōsolatiōibus terrenis.

Abiicere ergo opꝫ oia impedimēta grē: si optas eius infusionē suscipe. Pete secretū tibi: ama solus habitare tecū: nullius reqre cōfabulationē: sed magis ad deum deuotā effunde precē: ut cōpunctā teneas mentē & purā conscientiā. Totum mundū nihil estima: dei uacationē oibus exterioribus antepōe. Non enim poteris mihi uacare: & in transitoriis pariter delectari: A notis: & a charis amicis oportet elongari: et ab oī tpali solatio mentē tenere priuatā. Sic obsecrat btūs apostolus petrus: ut tanq̄ aduenas: & pegrinos i hoc mūdo se contineāt xp̄i fideles. O quanta fiducia erit morituro: quē nullius rei effectus detinet in mundo. Sed sic segregatū cor habere ab oibus: eger necdū capit animus: nec animalis homo nouit interni hois libertatē. Attamen si uere uelit esse sp̄ualis: oportet eū renunciare tā remotis q̄ ꝓpinquis: & a nemine magis cauere q̄ a seipso. Si temetipsum pfecte uiceris: cetera facilius subiugabis. Perfecta nanqꝫ uictoria est de semetipso triūphare. Qui enim semetipsum subiectū tenet: ut sensualitas rōni: & rō in cunctis obediat mihi hic uere uictor est sui: et dn̄s mundi. Si ad hunc apicē scādere gliscis: oportet uiriliter īcipe: & securim ad radicē ponere: ut euellas: & destruas occultā: & inordinatā inclinationē ad teipsum: & ad oē priuatū: et materiale bonū. Ex hoc uitio: ꝙ hō semetipsum nimis inordinate diligit: pene totū pendet: quicqd radicalit̄ uincendū est. Quo deuicto: & subacto malo: pax magna: et traqllitas erit cōtinuo. Sed qa pauci sibiipsis pfecte mori laborāt: nec plene extra se tendunt: ꝓpterea in se implicati remanent: nec supra se in sp̄ū eleuari pn̄t. Qui aūt libere mecū ambulare desiderat necesse est: ut omnes prauas: & inordinatas affectiōes suas

mortificet: atq; nulli creature priuato amore cōcupi scenter inhereat.

De diuersis motibus nature: & gratie. Cap. lix.

Fili: diligenter aduerte motus nature: & grē qa ualde ɔtrarie: & subtiliter mouēt: & uix nisi a spūali: & intimo illumiato hoie discer nunt. Oēs qdē bonū appetūt: & aliqd bōi in suis dictis: uel factis pretēdūt: ideo sub specie bōi multi fallunt. Natura calida est: et multos trahit: illa ǭat: & decipit: & se semp ꝑ fine hēt. Sed grā simplr ambulat: ab oi specie mala declinat fallacias nō ꝑten dit: et pure oia ꝓpter deū agit: i quo et finaliter reqe scit. Natura īuite uult mori: nec premi: nec supari nec subesse: nec spōte subiugari. Grā uero studet mortifi cationi ꝓprie: resistit sensualitati: q̄rit subiici: appetit uinci: nec propria uult libertate fungi: sub disciplina amat teneri: nec alicui cupit dn̄ari: sed sub deo semp uiuere: stare: & esse: atq; ꝓpter deū oi hūane creature humilr parata est inclinari. Natura ꝑ suo cōmodo la borat: & qd lucri ex alio sibi ꝓueniat: attendit. Grā āt nō qd sibi utile: & comodosū sit: sed qđ multis ꝑ ficiat: magis ɔsiderat. Natura libēter honorē: et reue rētiā accipit. Grā uero oēm honorē et glīā deo fidelr attribuit. Natura cōfusionē timet: & ɔtemptū. Grā āt gaudet pro noie iesu ɔtumeliā pati. Natura ocium amat et qetē corpalē. Grā āt uacua eē n̄ pōt: sed libē ter amplectit laborē. Natura q̄rit curiosa hēre: & pul chra: & abhorret uilia: & grossa. Grā uo simplicibꝰ delectat: et hūilibꝰ aspa nō a spnat: nec uetustis refu git idui pānis. Natura respicit tpalia: gaudet ad lucra terrēa: tristat de dāno: irritat leui iniurie ūbo. Sꝫ grā attēdit etna: n̄ iheret tpalibꝰ: nec ꝑditiōe reꝝ turbat

neq;

neq̃ uerbis durioribꝰ acerbat̃: qa thesaurꝝ suũ: & gaudiũ i celo: ubi nil perit: ꝯstituit. Natura cupida ẽ: et libẽtius accipit: q̃ donat: amat ꝓpria: & priuata. Gr̃a aũt pia est: & cõmunis: uitat singularia: cõtentat̃ paucis: beatiꝰ iudicat dare: q̃ accipe. Natura inclinat ad creaturas: ad carnẽ ꝓpriam: ad uãitatẽ: et discursus. Sed gr̃a trahit ad deũ: & ad uirtutes: renunciat creaturis: fugit mũdũ: odit carnis desideria: restrigit euagatiões: erubescit in publico apparere. Natura libenter aliqđ solatiũ hẽt externũ: i quo delectet̃ ad sensũ Sed gr̃a in solo deo q̃rit cõsolari: & in summo bono sup oĩa uisibilia delectari. Natura totũ agit ꝓpter lucrũ: & cõmodũ proprium: nihil gratis facere põt: sed aut equale: aut melius: aut laudẽ: uel fauorẽ ꝑ bñfactis ꝯsequi spat: & multũ põderat sua gesta: & dona cõcupiscit. Gr̃a uero nil tpale q̃rit: nec aliud premiũ q̃ deũ soluꝫ pro mercede postulat: nec amplius de tpalibus necessariis desiderat: nisi quãtũ hec sibi ad assecutionem eternorum ualeant deseruire. Natura gaudet de amicis multis: et propinquis: gloriat̃ de nobili loco: & ortu generis: arridet potẽtibus: blandit̃ diuitibus: applaudet sibi similibus. Gratia aũt: & inimicos diligit: nec de amicoꝝ turba extollit̃: nec locum: nec ortũ nataliũ reputat: nisi uirtus maior ibi fuerit fauet magis pauperi: q̃ diuiti compatitur plus nocenti: q̃ potẽti: cõgaudet ueraci: nõ fallaci: exhortat̃ semꝑ bonos: meliora carismata emulari: & filio dei ꝑ uirtutes assimillari. Natura de defectu: & molestia cito ꝯqueritur. Gratia cõstanter fert inopiã. Natura oĩa ad se reflectit: ꝑ se certat: & arguit. Gr̃a autẽ ad deũ cuncta reducit: unde originaliter emanat: nihil boni sibi ascribit: nec arroganter presumit: nõ cõtẽdit: nec

suā sententiā aliis prefert: sed in omni sensu: et intelle ctu eterne sapientie: ac diuino examini se submittit Natura appetit scire: & noua secreta audire: uult ex terius apparere: & multa per sensus experiri: deside rat agnosci: & agere: unde laus: & admiratio proce dit. Sed gratia nō curat noua: nec curiosa pcipe: qa totum hoc de uetustate corruptiōis est ortū: cum ni hil nouū: & durabile sit sup terrā. Docet itaqꝫ sensus restringere: uanā cōplacentiā: & ostentationē deuita re: laudanda: & digne miranda humiliter abscon dere: & de oī re: & de oī scientia utilitatis fructū atqꝫ dei laudē & honorē querē. Nō uult se: nec sua pdica ri: sed deū in donis suis optat bn̄dici q cūcta ex mera charitate largit. Hec grā supnaturale lumē: & quod dā dei speciale donū est: & pprie electoꝝ signaculū: et pignus salutis eterne: q̄ hoiem de terrēis ad celestia amāda sustulit: et de carnali spūalem efficit. Quanto igit natura amplius premit: et uincit: tāto maior grā infunditur: & quottidie nouis uisitatiōibus interior hō s̄m imaginē dei reformat.

¶ De corruptione nature: & efficacia gratie diuine. Cap. lx.


Omie deus meus: q me creasti ad īaginē: & similitudinē tuā: ɔcede mihi hāc grā: quā ondisti mihi tā magnā: & necessariā ad sa lutē: ut uincā pessimā naturā meā: trahen tē ad pctā: & in pditionem. Sentio enim ī carne mea legem pcti contradicentē legi mentis mee: et captiuū me ducentē ad obediendū sensualitati in multis: nec possum resistere passiōibus eius: nisi assistat tua sctis ma grā cordi meo ardēter diffusa. Opus est grā tua: & magna grā: ut uincat natura ad malū sp pna ab adolescētia sua. Nā p pmū hoiez adā lapsa: et uitiata

per pctm̃ in oẽs hoĩes pena huius macule descendit: ut ipsa natura: que bona: & recta a te condita fuit: pro uitio iã: & ĩfirmitate corrupte nature conat̃: eo ꝙ motus eius sibi relictus ad malũ: & ĩferiora trahat. Nam modica uis: que remãsit: est tanq̃ scintilla quedã latẽs in cinere. Hec est ipsa rõ naturalis: circũfusa magna caligine: ad hoc iudiciũ hñs boni & mali: ueri falsiq; distantiã: licet ĩpotens sit adimplere oẽ: ꝙ approbat. nec pleno iã lumĩe ueritatis: nec sanitate affectionũ suarũ potiat̃. Hinc est deus meus; ꝙ cõdelector legi tue ꝫm interiorẽ hoiem: sciẽs mandatũ tuũ fore bonũ: iustum & sctm̃: arguẽs ẽt oẽ malũ: et pctm̃ fugiẽdũ: carne aũt seruio legi pcti: dũ magis sensualitati obedio q̃ rõni. Hinc est: q̃d uelle bonũ mihi adiacet: ꝑficere aũt nõ inuenio. Hinc sepe multa bona ꝓpono: sed qa gr̃a deest ad adiuuandũ ĩfirmitatẽ meã ex leui resistẽtia resileo: & deficio. Hinc accidit: ꝙ uiã ꝑfectionis agnosco: & qualiter agere debeã: clare satis uideo: sed ꝓprie corruptiõis põdere pressus: ad ꝑfectiora nõ assurgo. O q̃ maxime est mihi necessaria dñe gr̃a tua ad ĩchoandũ bonũ: ad ꝑficiendũ: & ad ꝑficiendũ. Nã sine ea nihil possum facere: oia aũt possum in te: cõfortãte me gr̃a O uere celestis gr̃a: sine q̃ nulla sunt ꝓpria merita: nulla quoq; dona nature põderanda. Nihil artes: nihil diuitie: nihil pulchritudo: uel fortitudo: nihil ingeniũ: uł eloquẽtia ualẽt apud te dñe sine gr̃a. Nã dõa nature bõis & malis sunt coia: electoꝝ aũt ꝓpriũ donũ est gr̃a: siue dilectio: qua ĩsigniti digni habent̃ uita et̃na Tantũ eminet hec gr̃a: ut nec donũ ꝓphie: nec signorũ opatio: nec q̃talibet alta speculatio aliqd estimetur sine ea. Sed neq; fides: neq; spes: neq; alie uirtutes tibi accepte sunt sine charitate: & gratia. O btissima gr̃a

que paupem spũ: uirtutib⁹ diuitē facis: & diuitē mltis bõis hũilē corde reddis: ueni descēde ad me: reple me: mane cõsolatiõe tua: ne deficiat pre lassitudie: & aridi tate mētis aĩa mea. Obsecro dñe: ut iueniã grãm i ocu lis tuis: sufficit. n. mihi gra tua: ceteris nõ obtẽtis: que desiderat natura. Si fuero tẽtatus: et uexatus tribula tiõib⁹ multis: nõ timebo mala: dũ mecũ fuerit gratia tua. Ipsa fortitudo mea: ipsa cõsiliũ cõfert: et auxiliũ. Cunctis hostibus potentior est: & sapiẽtior uniuersis sapiẽtib⁹. Magistra est ueritatis: doctrix discipline: lu mẽ cordis: solamẽ pressure: fugatrix tristitie: ablatrix timoris: nutrix deuotionis: ꝓductrix lachrymarum. Quid sum sine ea: nisi aridũ lignũ: & stips inutilis ad eiiciendũ. Tua ergo me dñe gra sp ꝑueniat: & sequa tur: ac bonis opibus iugiter prestet eẽ itentũ: ꝑ iesum xp̃m filiũ tuũ. Amẽ.

¶ Quod nosipsos abnegare: & christum imitari debemus per crucẽ. Cap. lxi.

f Ili: q̃ntũ a te uales exire: tantũ in me poteris trãsire. Sicut nihil foris ꝯcupiscer̃ iternã pacẽ facit: sic se interius relinquere deo cõiungit. Volo te addiscere pfectã abnegationẽ tui in uolũtate mea sine cõtradictiõe: & q̃rella. Sequere me ego sũ uia: ueritas: et uita. Sine uia nõ itur: sine uerita te nõ cognoscitur: sine uita nõ uiuit. Ego sũ uia: quã sequi debes: ueritas: cui credere debes: uita: quã spare debes. Ego sũ uia iuiolabilis ueritas ifallibilis: uita in terminabilis. Ego sũ uia rectissima: ueritas suprema: uita uera: uita beata: uita icreata. Si manseris in uita mea: cognosces ueritatẽ: & ueritas liberabit te: & ap prehendes uitã eternã. Si uis ad uitã ingredi: ẽua mã data. Si uis ueritatẽ cognoscere: crede mihi. Si uis per fectus esse: uende oia. Si uis esse discipulus meus abne ga temetipsũ.

ga temetipsum. Si uis beatã uitã possidere: presentẽ uitã contẽne. Si uis exaltari in celo: humilia te in mũdo. Si uis regnare mecũ: porta crucẽ mecũ. Soli enim serui crucis inueniunt uiã beatitudinis: & uere lucis. Dñe iesu christe: qa arta est uia tua: & mundo despecta dona mihi tecũ mundi despectũ imitari. Non.n. maior est seru⁹ dño suo: nec discipulus sup magistrũ Exerceat̃ seruus tuus in uita tua: qa ibi est salus mea & sãctitas uera. Quicqd extra eã lego: uel audio: nõ me recreat: nec delectat plene. Fili: qa hec scis: & legisti oĩa: beatus eris: si feceris ea. Qui habet mandata mea: & ꝑuat ea: ipse est: q dligit me: & ego diligã eũ & manifestabo ei me ipsum: & faciã eũ ꝯsedere mecũ in regno patris mei. Dñe igit̃ sicut dixisti: & ꝓmisisti sic utiqȝ mihi ꝓmereri cõtingat. Suscepi de mãu tua crucẽ portabo eã usqȝ ad mortẽ: sicut ĩposuisti mihi. Vere uita boni monaci crux est; sed dux padisi. Inceptũ est retro abire nõ licet; nec relinq̃re opȝ Eya fratres ꝑgam⁹ simul: iesus erit nobiscũ. Propter iesum suscepimus hãc crucẽ: propter iesum pseueremus in cruce. Erit adiutor noster: q est dux nr̃: & precessor. En rex noster ingreditur ante nos: qui pugnabit pro nobis. Sequamur uiriliter: nemo metuat terrores. Simus parati mori fortiter in bello: nec inferamus crimen glorie nr̃e: ut fugiamus a cruce.

¶ Quod homo nõ sit nimis deiect⁹: qñ in aliquos labit̃ defect⁹. C. lxii.



Illi: magis placent mihi patientia: & hũilitas in aduersis: q̃ multa ꝯsolatio: & deuotio in prosperis. Vt quid te contristat paruum factum contra te dictũ. Si amplius fuisset: commoueri non debuisses: sed nunc dimitte transire: non est primum: nec

nouum: nec ultimum erit: si diu uixeris. Satis uirilis es: q̄ diu nil obuiat abuersi: bñ etiam cōsulis: & alios nosti roborare uerbis: sed cū ad ianuam tuam uenit repentina tribulatio: deficis cōsilio: & robore. Atten de magnam fragilitatem tuā: quā sepius experiris in modicis obiectis: tamen pro salute tua ista fiunt. Cū hec: & similia contingunt. Pone: ut melius nosti ex corde: & si te tetigit: non tamē deiiciat: nec diu impli cet. Ad minus sustine patienter: si non potes gauden ter. Etiam si minus libenter audis: & indignationē sē tis. Reprime te: nec patiaris aliquid inordinatum ex ore tuo exire: unde paruuli scandalizentur. Cito con quescet cōmotio excitata: & dolor internus reuertente gratia dulcorabitur. Adhuc uiuo ego dicit dñs: iuua re te paratus: & solito amplius cōsolari: cōfisus si fueris mihi: & deuote īuocaueris. Animequior esto: & ad maio rē sustinētiā accingere. Non est totum: ut frustratū: si te sepius percipis tribulatū: uel grauiter tētatum. Hō es: & non deus: & caro es: & nō angelus. Quō tu pos ses semp in eodem statu uirtutis permāere: qn̄ hoc de fuit angelo i celo: & primo hoī in paradiso: q nō diu steterunt. Ego sum: q merentes erigo sospitare: & suā cognoscentes īfirmitatem: ad meā ꝓueho diuinitatē. Dñe: bñdictū sit uerbū tuū: dulce sup mel et fauū ori meo. Quid facerē in tātis tribulatiōibus: & angustiis meis: nisi me cōfortares tuis sctis sermonibus. Dum modo tādem ad portū salutis ꝑueniam: qd cure est: q̄ & quāta passus fuero. Da finem bonum: da felicē ex mundo transitum. Memento mei deus meus: & diri ge me recto itinere in regnum tuum. Amen.

¶ De altioribus rebus: & occultis iudiciis dei non scrutandis. Capitulum. lxiii.

Fili:

lli:caueas disputare de altis materiis:& de
f occultis dei iudiciis. Cur sic iste relinqt̃:& il
le ad tantã grãꝫ assumit̃:cur ẽt iste tãtũ affli
git̃:& ille tã eximie exaltat̃. Ista oẽm hũanã
facultatẽ excedũt:nec ad inuestigãdũ iudiciũ diuinũ
ulla ratio preualet:uel disputatio. Q ñ ergo hoc tibi
suggerit inimicus:uel etiã quidã curiosi inqrũt hoies
respõde illud ꝑphete. Iustus es dñe: & rectũ iudiciũ
tuũ. Et illud. Iudicia dñi uera iustificata in semetipsa
Iudicia metuenda sunt;nõ discutiẽda :qa hũano in-
tellectui sunt incomprehensibilia. Noli etiam inqui-
rere:uel disputare de meritis sanctorũ:quis alio san-
ctior:aut quis maior fuerit in regno celorum. Ta-
lia generant sepe lites:& contentiones inutiles:nutri
unt quoqꝫ superbiam:& uanam gloriam :unde oriũ
tur inuidie:& dissensiones : dum iste illum sanctum:
& alius alium conatur superbe preferre. Talia autẽ
uelle scire :& inuestigare ;nullũ fructum afferunt:sed
magis sanctis displicent:quia non sum deus dissen-
sionis : sed pacis : que pax magis in humilitate uera
quam in propria exaltatione consistit. Quidam zelo
dilectionis trahuntur ad hos : uel ad illos ampliori
affectu:sed humano potius:quam diuino. Ego sum
qui cunctos condidi sanctos:ego donaui gratiã: ego
prestiti gloriam:ego noui singulorum merita:ego pre
ueni eos in benedictionibus dulcedinis mee:ego pre-
sciui dilectos ante secula:ego eos elegi de mundo:nõ
ipsi me preelegerunt:ego uocaui per gratiam : attra
xi per misericordiam :ego perduxi eos per tentatiões
uarias:ego infundi consolationes magnificas : ego
dedi perseuerantiam : ego coronaui eorum patienti
am :ego primum:& nouissimum agnosco :ego om-

nes in estimabili dilectione amplector : ego laudan-
dus sum in omnibus sanctis meis: ego super oīa bene-
dicēdus sum: & honorādus in singulis: quos sic glo-
se magnificaui: & predestinaui sine ullis precedētib⁹
ppriis meritis. Qui ergo unum de minimis meis ɔtēp
serit: nec magnum honorat: quia pusillum: & magnū
ego feci. Et qui derogat alicui sanctorū : derogat mi
hi: & ceteris omnibus in regno celorum. Omnes unū
sunt: p charitatis uinculum idem sentiunt i: dem uo-
lunt: & oēs in unuȝ se diligunt. Adhuc autē: qđ mul
to altius est: plus me q̄ se: & sua merita diligunt. Naȝ
supra se rapti: et extra ppriam dilectionē tracti : toti
in amorē mei pergunt: in quo : & fruitiue quiescunt.
Nihil est: qđ eos auertere possit: aut deprimere : qppe
q eterna ueritate pleni: igne ardescunt īextinguibilis
charitatis. Taceāt igit̄ carnales: & aīales hoīes de sā
ctorum statu disserere: qui nō norunt: nisi priuata ga
udia diligere. Demūt: & addūt p sua īclinatiōe: nō p
ut placet eterne ueritati. In multis est ignorātia eorū:
maxime: qui parum illuminati raro aliquē pfecte dile
ctione spūali diligere norunt. Multi adhuc natura-
li effectu: & hūana amicitia ad hos: uel ad illos trahū
tur: & sicut in īferioribus se hn̄t: ita et de celestib⁹ ima
ginant̄. Sed est distātia incōpabilis: q̄ imperfecti cogi
tāt: & q̄ illuminati uiri p reuelationē supnā speculāt̄.
Caue ergo fili de istis curiose tractare: q̄ tuam scientiā
excedunt: sed hoc magis satage: & intēde: ut uel mini
mus in regno dei queas inueniri. Et si quispiam sci-
ret: quis alio sanctior esset: uel maior haberetur in re
gno celoꝝ: qd ei hec notitia pdesset: nisi se ex hac co-
gnitōe corā me hūiliaret: & in maiorē nois mei laudē
exurgeret. Multo accepti⁹ deo facit: q de pcōꝝ suorū
magnitudine

magnitudine: & uirtutũ suarum paruitate cogitat: & q̃ lõge a sctorum pfectione distat: q̃ is: qui de eorum maiori tate: uel puitate disputat. Meli⁹ est sctõs deuotis pci b⁹: & lachrymis exorarẽ: & eorum gloriosa suffragia hũi li mẽte iplorare: q̃ eorum secreta uana inqsitiõe pscruta ri. Illi bene: & optime cõtentãtur: si hoies scirẽt cõten tari. & uaniloga sua compescerẽ. Nõ gloriaẽ de ppriis: meritis qppe qui sibi nil bõitatis ascribũt: sed totũ mi hi: qm̃ ipsis cũcta ex ifinita charitate mea dõaui. Tã to amore diuitatis: & gaudio sup effluẽti reppellanẽ: ut nihil eis desit glẽ: nihilq; possit deesse felicitatis oẽs sci quãto altiores i glã: tãto hũiliores in seipsis: & mi hi uiciniores: & dilectiores existũt. Ideoq; hẽs scriptũ qa mittebãt coronas suas ante deũ: & ceciderũt in fa cies suas corã agno: & adorauerũt uiuentẽ i secula se culorum. Multi quidẽ querũt qs maior sit regno dei: q ignorãt: an q cũ mimis erũt digni cõputari. Magnũ ẽ uel minimũ esse in celo: ubi oẽs magni sunt: qa omnes fili dei uocabunẽ: & erunt. Minimus erit in mille: & peccator centum annorum morietur. Cũ enim quererẽt discipuli: quis maior eẽt in regno celorum: tale audie runt responsum. Nisi conuersi fueritis: & efficiamini sicut paruuli: non intrabitis in regnum celoruz. Qui cunque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste: hic maior est in regno celorum. Veh eis: qui cum par uulis humiliare se sponte dedignãtur: quoniaz humi lis ianua regni celestis eos non admittet intrare. Veh etiam diuitibus: qui habẽt hic cõsolationes suas: qa pauperibus intrantibus in regnum dei ipsi stabunt foras eiulantes. Gaudete humiles: & exultate pau peres: quia uestrum est regnum dei: si tamen in ue ritate ambulatis.

¶ Q đ oĩs spes: & fiducia ĩ solo deo est figẽda. c. lxiiii



Omine: q̃ est fiducia mea: quã ĩ hac uita habeo: aut qđ maius solatiũ meũ ex oĩbus apparentibus sub celo. Nõne tu dñe deus meus: cuius mĩsicordie non est numerus. Vbi mihi bñ fuit sine te: aut qñ male esse potuit presẽte te. Malo paup esse pp te: q̃ diues sine te. Eligo potius tecũ in uita pegrinari q̃ sine te celũ possidere. Vbi tu: ibi celũ: atq; ibi mors: & ĩfernus: ubi tu non es. Tu mihi in desiderio es: & ideo post te gemerẽ: & clamarẽ: et exorare necesse est. In ullo deniq; possũ plene ꝯfidere: q in necessitatibus auxilietur oportunis: nisi in te solo deo meo. Tu es spes mea: & fiducia mea: tu cõsolator meus: & fidelissimus in oĩbus. Oẽs que sua sunt: querũt tu salutem meã: & ꝑfectum meũ solũmodo pretẽdis: & oĩa in bonũ mihi cõuertis: etiã uariis tẽtationibus & aduersitatibus exponis. Hoc totum ad utilitatem meã ordinas: qui mille modis dilectos tuos ꝓbare cõsueuisti. In qua probatione nõ minus diligi oẽs: & laudari: q̃ si celestibus ꝯsolatiõibus me repleres. In te ergo dñe deus pono totã spem meã: et refugiũ: in te oẽm tribulationem: & angustiam meã cõstituo: qa totũ infirmũ: & instabile inuenio: qcquid extra te conspicio. Non enim ꝓderunt multi amici: neq; fortes auxiliarii adiuuare poterũt: neq; prudentes consiliarii responđere: neq; liber doctoꝝ cõsolari: nec aliquo precio: uel substantia liberare: nec locus aliquis secretus contutari: si tu ipse nõ assistas: iuues: ꝯfortes: cõsoleris: istruas custodias. Oĩa nãq;: que ad pacem uidenẽ esse: & felicitatem habendã: te absente: nihil sunt: nihilq; felicitatis in ueritate cõferũt. Finis ergo oĩum bonoꝝ: & altitudo uite: & ꝑfunditatis eloqoꝝ tu es: & ĩ te sup oĩa

sperare

sperare fortissimũ solatiũ seruoꝶ tuoꝶ. Ad te sũt ocu
li mei: in te cõfido deus meus miſericordiaꝶ pater. Bñ
dic: & sanctifica aiam meã bñdictiõe celesti: ut fiat ha
bitatio sctã tua: & sedes eterne glie tue: nihilq; in tem
plo tue dignitatis inueniat: qd oculos tue maiestatis
offendat. Scdm magnitudinẽ bonitatis tue: & multi
tudinẽ miſerationũ tuaꝶ respice i me: & exaudi orõnẽ
paupis serui tui lõge exultantis in regiõe umbre mor
tis. Protege: & cõserua aniam seruuli tui inter tot di
scrimina uite corruptibilis: ac cõitante gratia tua di
rige per uiam pacis ad patriam perpetue claritatis.

¶ Incipit liber quartus.

¶ Deuota exhortatio ad sacram corporis christi cõ
munionem. Vox christi.



Enite ad me oẽs: qui laboratis: & one
rati estis: & ego reficiã uos: dicit domi
nus. Panis: quẽ ego dabo caro mea est:
pro mundi uita. Accipite: & comedite:
hoc est corpus meũ: quod pro uobis tra
det: hoc facite i meam cõmemorationẽ
Qui manducat carnem meã: & bibit meũ sanguinez
in me manet: & ego in illo. Verba: que ego locutus sũ
uobis: spiritus: & uita sunt. ¶ Cum quan
ta reuerentia christus sit suscipiendus. Capłm. i.



Erba hec sunt tua christe: ueritas eterna
q̃uis non uno tpe ꝓlata: nec uno in loco
scripta. Quia ergo tua sũt uerba: gratã
ter mihi: & fideliter cuncta sunt accipiẽ
da. Tua sunt: & tu ea protulisti: & mea
quoq; sunt: quia pro salute mea edidisti. Libenter su

ſcipio ea ex ore tuo: ut artius inferant cordi meo. Ex-
citant me uerba tante pietatis: plena dulcedinis: & di-
lectionis: ſed terrent me delicta ꝓpria: & ad capienda
tanta myſteria me reuerberat īpura cōſcia: ꝓuocat me
dulcedo uerboꝝ tuoꝝ: ſed onerat me multitudo ui-
tioꝝ meoꝝ. Iubes: ut fiducialiter ad te accedā: ſi tecū
uelim habere partē: ut īmortalitatis accipiā alimoniā
ſi eternā cupiā obtinere uitā: & gloriā. Venite inqs ad
me oēs: q laboratis: & onerati eſtis: & ego reficiā uos.
O dulce: & amicabile uerbū in aure pctōris: ꝙ tu dn̄e
deus meus egenū & pauperē īuitas ad cōionem tui ſā-
ctiſſimi corpis. Sed qs ego ſum dn̄e: ut ad te preſumā
accedere. Ecce celi celoꝝ te nō capiunt: & tu dicis ueni-
te ad me oēs. Quid ſibi uult iſta piiſſima dignatio: &
tā amicabilis īuitatio. Quomodo auſus ero uenire: q
nihil boni mihi conſcius ſum. Vn̄ poſſum preſumere
Quomodo te ītroducā in domū meā: q ſepius offendi
benigniſſimā faciē tuā. Reuerētur angeli: & archāge-
li: metuūt ſancti: & iuſti: & tu dicis: uenite ad me oēs.
Niſi tu dn̄e hoc diceres: qs uerū eſſe crederet: et niſi tu
iuberes: qs accedere attētaret. Ecce noe uir iuſtuſ in ar-
che fabrica centū annis laborauit: ut cū paucis ſalua-
retur: & ego quomodo potero una hora preparar̄: ut
mundi fabricatorem cū reuerentia ſumā. Moyſes fa-
mulus tuus magnus: et ſpālis amicus tuus archam ex
lingnis imputribilibꝰ fecit: quā & mūdiſſimo ueſtiuit
auro: ut tabulas legis in eis reponeret: & ego putrida
creatura audebo te cōditorē legis: ac uite datorē tam
facile ſuſcipe. Salomon ſapientiſſimus regnum iſrael
magnificū templū ſeptē annis in laudem nōis tui edi-
ficauit: & octo diebus feſtum dedicatiōis eius celebra-
uit: mille hoſtias pacificas obtulit: & archam federis
clangore

clangore buccine: & iubilo in locũ sibi preparatũ solē
niter collocauit: & ego infelix: & pauprimus hoium
quomodo te in domũ meã itroducã qui uix mediã ex
pendere deuote noui horã: & utinã uel semel digne fe
re mediã. O mi deus: quantũ illi ad placendũ tibi age
re studuerũt. Heu q̃ pusillũ est: quod ago: q̃ breue ex
pleo tempus: cũ me ad cõicandũ dispono: raro totus
collectus: rarissime ab oĩ distractione purgat⁹. Et cer
te in tua salutari deitatis presentia nulla deberet oc
currere indecens cogitatio: nulla etiã occupare creatu
ram: qa nõ angelũ: sed angelo⁊ dñm susceptturus su⁊
hospitio. Est tñ ualde magna distantia inter archam
federis cũ suis reliquiis: & mundissimum corpus tuũ
cum suis ineffabilibus uirtutibus inter legalia illa sa
crificia futuro⁊ prefiguratiua: & ueram tui corporis
hostiã: oĩum antiquo⁊ sacrificio⁊ contemplatiuam.
Quare igitur nõ magis ad tuã uenerabilem iardesco
presentiã: cur non maiori me preparo sollicitudine ad
tua sancta sumenda: qñ illi antiq sancti patriarchi: &
prophete: reges quoq;: & principes cũ uniuerso pplo:
tantũ deuotionis demostrarunt affectũ erga cultũ di
uinum. Saltauit deuotissimus rex dauid corã archa
dei totis uiribus: recolens beneficia olim idulta patri
bus: fecit diuersi generis organa: psalmos edidit: et cã
tari instituit: cum leticia cecinit: ipse frequenter in cy
thara spiritus sancti afflatus gratia: docuit pplm isra
el toto corde deũ laudare: & ore cõsono diebus singu
lis bñdicere: & predicare. Si tanta agebat̃ tunc deuo
tio: ac diuine laudis extitit recordatio corã archa te
stamenti: quãta nũc mihi: et. n. pplo christião hñda est
reuerentia: & deuotio in presẽtia sacramẽti i sumptio
ne excellẽtissimi corpis xpi. Currunt multi ad diuersa

loca ꝑ uisitandis religis sanctoꝝ: & mirātur auditis gestis: eoꝝ ampla edificia temploꝝ inspiciunt: et oscu lantur sericis: et auro īuoluta sacra ossa ipsoꝝ. Et ec ce tu presens es hic apud me in altari de⁹ meus: sctūs sanctoꝝ: creator oīum: & dn̄s angeloꝝ. Sepe in tali bus uidēdis est curiositas hoīum: & nouitas inuisoꝝ & modicus reportat̄ emendatiōis fructus maxie ubi est tā leuis sine uera cōtritiōe discursus. Hic aūt in sa cramento altaris totus presens es deus meus: hō xp̄s iesus: ubi & copiosus ꝑcipit̄ et̄ne salutis fructus quo tienscūq; fueris digne: ac deuote susceptus. Ad istud uero nō trahit leuitas aliq̄: nec curiositas: aut sensua litas: sed firma fides: deuota spes: et sincera charitas. O inuisibilis cōditor mūdi deus: q̄ mirabiliter agis no biscū: q̄ suauiter: & gratiose cū electis tuis disponis: q̄bus temetipsū in sacramēto sumendū ꝓponis. Hoc nāq; oēm intellectuz supat: hoc spāliter deuotoꝝ cor da trahit: & accendit affectū. Ipsi eni uiri fideles tui: q totā uitā suā ad emendationē disponūt: ex hoc di gnissimo sacramento magnā deuotiōis grām: & uir tutis amorē frequēter recipiūt. O admirabilis: & ab scondita grā sacramenti: quā norunt tatū xp̄i fideles infideles aūt: et pc̄tis seruientes expiri nō pn̄t. In hoc sacramēto confert̄ spiritualis gratia: & reparatur in anima uirtus amissa: & p peccatum deformata redit pulchritudo. Tanta est aliq̄ndo hec gratia ut ex ple nitudine collate deuotionis: non tantū mens: sed & debile corpus uires sibi prestitas sentiat ampliores. Dolendum tamen ualde: & miserandum super tepi ditate: & negligentia nostra: q͏̄ nō maiori affectu tra himur ad christū sumēdum: in quo tota spes saluan dorum consistit: & meritū. Ipse enim est sanctificatio

nostra:

nostra: & redẽptio: ipse cõsolatio uiatorum: & sanctorum eterna fruitio. Dolendũ itaque ualde: quod multi tã parum hoc salutare mysteriũ aduertũt: quod celũ letificat: & mundũ conseruat uniuersũ. Heu cecitas: & duritia cordis humani: tam ineffabile donum non magis attendens: & ex quotidiano usu etiã ad inaduertentiã defluere. Si enim hoc sanctissimũ sacramentũ in uno tantum celebraretur loco: & ab uno tantum cõsecraretur sacerdote in mũdo: quãto putas desiderio ad illũ locũ: & talẽ dei sacerdotẽ homines afficerentur: ut diuina mysteria celebrare audirent. Nunc autem multi facti sunt sacerdotes, et in multis locis offertur xps: ut tãto maior appareat gratia & dilectio dei ad hominem: quãto latius est sacra cõmunio diffusa per orbẽ. Gratias tibi bone iesu: pastor eterne: qui nos pauperes: & exules dignatus es precioso corpore: & sanguine tuo reficere: & ad hec mysteria percipiẽda: etiam proprioris tui alloquio inuitare dicẽdo. Venite ad me omnes: qui laboratis: & onerati estis: & ego reficiam uos.

¶ Quod magna bonitas: & charitas dei in sacramẽto exhibetur homini. Cap. ii.



Uper bõitate tua: & magna misericordia tua dñe confisus accedo eger ad saluatorẽ esuriẽs et sitiẽs ad fontẽ uite: egenus ad regẽ celi: seruus ad dñm creatura ad creatorẽ: desolatus ad meũ piũ consolatorẽ. Sed unde mihi hoc: ut uenias ad me. Quis ego sum: ut prestes mihi teipsum. Quõ audet peccator corã te apparere. Et quõ tu dignaris ad peccatorẽ uenire. Tu nosti seruũ tuũ: et scis quia nil boni in se habet: unde hoc illi prestes. Cõfiteor igitur utilitatẽ meã: agnosco bonitatẽ tuã: laudo pietatem: & gratias ago propter nimiã charitatẽ. Propter temetipsum

enim hoc facis: non ppter mea merita: ut bõitas tua mihi magis inotescat charitas amplior ingerat: et humilitatis pfectius cõmendet. Quia ergo tibi hoc placet: & sic fieri iussisti: placet & mihi dignatio tua: & utinã iniquitas mea non obsistat. O dulcissime: & benignissime iesu: quanta tibi reuerentia: & gratiarꝝ cũ ppetua laude: pro susceptiõe sacri corpis tui debetur cuius dignitatẽ nullus hoium explicare potens inuenit. Sed qd cogitabo in hac cõmunione in accessu ad dñm meum: quẽ debite uenerari nequeo: & tñ deuote suscipe desidero. Quid cogitabo melius: & salubrius: nisi meipsum totaliter humiliãdo corã te: & tuam infinitam bonitatẽ exaltãdo supra me. Laudo te deus meus: & exalto in eternum. Despicio me: & subiicio tibi in pfundũ utilitatis mee. Ecce tu sanctus sanctorum: & ego sordes pctõꝝ: & tu inclinas te ad me: q nõ sum dignus ad te respicere. Ecce tu uenis ad me tu uis esse mecũ: tu inuitas ad cõuiuiũ tuum: tu mihi dare uis celestẽ cibum: & panẽ angeloꝝ mãducandũ & non aliũ sane q̃ teipsum: panẽ uiuũ: q de celo descẽdisti: & das uitã mũdo. Ecce unde dilectio pcedit: q̃lis dignatio illucescit: q̃ magne gratiarũ actiones: et laudes tibi pro his debent. O q̃ salutare: & utile cõsiliũ tuũ: cũ istud instituisti: q̃ suaue: & iocundũ cõuiuium cũ teipsũ in cibũ donasti. O q̃ admirabilis opatio tua dñe: quã potẽs uirtus tua: quã ifallibilis ueritas tua. Dixisti enim: & facta sunt oia: & hoc factum est qd ipse iussisti. Mirares & fide digna ac humanũ uinces intellectũ: quod tu dñe deus meus: uerus deus: et homo sub modica specie pãis: & uini integer contineris: & sine cõsumptiõe a sumente mãducaris. Tu dñe uniuersoꝝ: q nullius habes indigentiã: uoluisti per sa

cramentum

cramentū tuū habitare in nobis: cōserua cor meū: & corpus meū imaculatū: ut leta: & pura ɔſcientia ſepius ualeā tua celebrare myſteria: et ad meā perpetuam accipe ſalutē: que ad tuū precipue honorez: & memoriale phenne ſanxiſti: & inſtituiſti. Letare aia mea: & gratias age deo pro tā nobili mūere: & ſolatio ſingulari in hac lachrymaꝶ ualle tibi relicto. Nā quotiens hoc myſteriū recolis: & chriſti corpus accipis: totiens tue redemptiōis opus agis: & particeps oium meritorum xp̄i efficeris. Charitas etenim xp̄i nunq̄ minuit. & magnitudo ꝓpitiatiōis eius nunq̄ exhaurit. Ideo noua ſemp mētis renouatiōe ad hoc diſponere te debes: & magnum ſalutis myſteriū attenta cōſideratione penſare. Ita magnū: nouū: & iocūdum tibi uideri debet: cū celebras: aut miſſā audis: ac ſi eodē die xp̄s primū in uteꝶ uirginis deſcēdens homo factus eſſet: aut i cruce pēdens ꝓ ſalute hoiuz pateret: & moreret

¶ Quod utile ſit ſepe cōmunicare. Cap. iii.

Ecce ego uenio ad te dn̄e: ut bene mihi ſit ex munere tuo: & letificer in cōuiuio ſctō tuo: qđ paraſti i dulcedie tua paupi deus. Ecce in te eſt totū: qđ deſiderare poſſū: & debeo tu ſal⁹ mea et rēdēptio: ſpes: & fortitudo deuſ: et gl̄ia Letifica ergo hodie aiam ſerui tui: qm̄ ad te dn̄e ieſu aiam mea leuaui. Deſidero te nunc deuote: ac reuerēter ſuſcipe: cupio te in domū meā introducere: quatenus cū zacheo merear a te bn̄dici: ac inter filios abrahe cōputari. Aīa mea corpuſ tuū ɔcupiſcit: cor meū tecū uniri deſiderat. Trade te mihi: et ſufficit. Nā preter te nulla cōſolatio ualet: ſine te eſſe nequeo: & ſine uiſitatiōe tua uiuere nō ualeo. Ideoq̧ oportet me frequenter ad te accedere: & in remediū ſalutis mee reci

pene forte deficiã in uia: si fuero celesti fraudatus ali-
monia. Sic enim tu misericordissime iesu predicans
populis: & uarios curans languores aliquando di-
xisti. Nollo eos ieiunos dimittere in domũ suã ne defi
ciant in uia. Age igit̃ hoc modo mecũ: qui te pro fide
lium cõsolatiõe in sacramẽto reliquisti. Tu es. n. sua
uis refectio anime: & q te digne manducauerit: parti
ceps: & heres erit eterne glorie. Necessarium quidem
mihi ẽ: qui tam sepe laboro: & pecco: tam cito torpes
co: & deficio: ut ꝑsequentes oꝛones: & confessiões: &
sacram tui corporis ꝑceptiõem me renouẽ: mundẽ: et
accendam: ne forte diutius abstinendo a sancto ꝓpo
sito defluam. Proni enim sunt sensus hoĩs ad malum
ab adolescentia sua: & nisi succurrat diuia medicina
labit̃ homo mox ad peiora. Retrahitur ergo sancta
cõio a malo: & cõfortat̃ in bono. Si. n. mõ sepe negli
gens sum: & tepidus: qñ coĩco: aut celebro: qd fieret
si medelã nõ sumerẽ: & tã grãde iuuamen nõ quererẽ
Et licet oĩ die nõ sim aptus: nec ad celebrãdum bene
dispositus dabo tamen opam cõgruis tp̃ibus diuina
ꝑcipere mysteria: ac tante gr̃e participẽ me exhibere.
Nam hec est una principalis fidelis aĩe cõsalatio q̃diu
ꝑegrinatur a te imortali corpe: ut sepius memor dei
sui dilectũ suum deuota suscipiat mente. O mira cir-
ca nos tue pietatis dignatio: ꝙ tu dñe deus creator:
et uiuificator oĩum sp̃ũuꝫ ad pauperculã dignaris ue
nire aĩam: & cũ tota deitate tua: ac hũanitate eius im
pinguare esuriẽ. O felix mens: & beata anima: que te
dñm deũ suũ meret̃ deuote suscipere: et in tua suscep
tiõe spiritali gaudio repleri. O q̃ magnũ suscepit dñm
q̃ dilectum inducit hospitem: q̃ iocundũ recipit sociũ
q̃ fidelem acceptat amicũ: q̃ speciosum: & noblilẽ am
plectitur

plectitur spõsum pre oibus dilectũ: et sup oia deside
rabilia amandum. Sileant a facie tua dulcissime dile
cte me⁹ celũ & terra: & ois ornat⁹ eorum: qm̃ quicqd la
udis hñt: aut decoris ex dignatiõe tue ẽ largitatis: nec
ad decorẽ tui puenient nominis: cuius sapientie nõ est
numerus. ⸿ Quod multa bona prestantur
deuote cõmunicantibus. Cap. iiii.


Omine deus meus preueni seruũ tuũ in bñ
dictiõibus dulcedinis tue: ut ad tuũ magni
ficũ sacr̃m digne: ac deuote merear accedere.
Excita cor meũ in te: & a graui corpe erue
me. Visita me in salutari tuo ad gustãdũ in spũ tuam
suauitatẽ: que in hoc sacro tanq̃ in fõte plenarie latet
Illumina quoq; oculos meos ad ituendũ tm̃ mysteriũ
& ad credendũ illud idubitata fide me robora: est. n.
opatio tua nõ hũana potẽtia: tua sacra institutio: nõ
hois adinuẽtio. Nõ. n. ad hec capiẽda: & itelligenda
aliqs idõeus p se repitur: q̃ angelicã ẽt subtilitatẽ trã
scendũt. Quid ergo ego peccator idign⁹ terra & cinis
de tã alto sacro secreto potero inuestigare: & capere.
Dñe in simplicitate cordis: in bõa firma fide: & i tua
iussione ad te cũ spe: & reuerẽtia accedo: & uere credo
qa tu presens es hic in sacramento deus: & hõ. Vis er
go: ut te suscipiã: & meipsũ tibi in charitate uniã. Vñ
tuã precor clemẽtiã: & spãlem ad hoc iploro mihi dõa
ri gr̃az: ut totus in te liquefiã: & amore pfruar: atq; de
nulla aliena ɔsolatione amplius me ĩtromittã. Est enĩ
hoc altissimũ: & dignissimũ sacr̃m salus aĩe: & corpis
medicina ois spũalis languoris: in quo uitia mea curã
tur: passiões frenãtur: tentatiões uincunt̃: ac minuun
tur: gr̃a maior ifunditur: uirtus icepta auget̃: firmat̃
fides: spes roborat̃: et charitas ignescit: ac dilatat̃. Mr

ta nãq bona largitus es: & adhuc sepius largiris in sacramẽto dilectis tuis deuote coicantibus: deus meus susceptor aie mee: reparator ĩfirmitatis hũane: & totius dator cõsolatiõis iterne. Nã multã ipsis ↄsolatiõnẽ aduersus uarias tribulatiões infũdis: & de imo deiectionis proprie ad spem tue ꝓtectiõis erigis: atq noua quadã gratia eos intus recreas: & illustras: ut q an xii primũ: & sine affectiõe se ante cõionem senserant: postea refecti cibo: potuq celesti in melius se mutatos inueniat. Q đ idcirco cũ electis tuis ita dispẽsant agis ut ueraciter agnoscãt: & patẽter experiantur: q̃ nihil ex semetipsis hẽant: qd bonitatis: ac gr̃e ex te cõseqn tur: qa ex semetipsis frigidi: duri: ac indeuoti: ex te ãt feruẽtes: alacres: & deuoti esse merẽt. Quis. n. ad fontẽ suauitatis hũiliter accedẽs: nõ modicũ suauitatis inde reportat. Aut qs iuxta ignẽ copiosũ stãs nõ paruꝫ caloris inde pcipit. Et tu fõs es semp plenus: & superabundans: ignis iugit ardẽs: & nunq̃ deficiẽs. Vñ si mihi nõ licet haurire de plenitudine fontis: nec usq ad satietatem potare: apponã tñ os meũ ad foramẽ celestis fistule: ut saltem inde guttulã modicã capiã ad refocillandam sitim meã: ut non penitus exarescã. Et si necdũ totus celestis: & tã insignitus ut seraphin: & cherubin eẽ possim: conabor tñ deuotioni insistere: & cor meũ preparare: ut uel modicã diuini incẽdii flammam ex hũili sumptione uiuifici sacramenti cõquirã. Quicquid aũt mihi deest bone iesu saluator sctissime: tu ꝑ me supple benigne: ac gratiose: q oẽs ad te dignatꝰ es uocare dicens. Venite ad me oẽs: q laboratis: & onerati estis: & ego reficiã uos. Ego qdẽ laboro i sudore uultus mei: dolore cordis torqueor: pctis oneror: tentatiõibus ingetor: mľtis malis passiõibus iplicor: & pre

mor: &

mor: & nō est q adiuuet: non est q liberet: & saluū faciat: nisi tu dn̄e deus saluator meus: cui cōmitto me: et oīa mea: ut me custodias: et pducas in uitā eternā. Suscipe me in laudē. & gloriā nois tui: q corpus tuū: & sanguinē in cibū: & potū mihi parasti. Presta dn̄e deus salutaris meus: ut cū frequentatiōe mysterii tui crescat mee deuotionis affectus.

¶ De dignitate sacramēti: et statu sacerdotali. C. v.

Si hēres angelicā puritatē: & sc̄ti ioannis baptiste sc̄titatē: nō esses dignus hoc sacr̄um accipe: nec tractare. Nō .n. hoc meritis debet̄ hoium: ꝙ hō cōsecret: & tractet xp̄i sacr̄m: & sumat i cibum angeloꝝ. Grande mysteriū: & magna dignitas sacerdotū: qbus datū est: qđ angelis nō est cōcessum. Soli nāq; sacerdotes in eccl̄ia rite ordinati potestatē hn̄t celebrādi: et corpus xp̄i cōsecrādi. Sacerdos qdē minister est dei: utens uerbo dei per iussionem: & institutionē dei. Deus aūt ibi principalis est auctor: & inuisibilis opator: cui subest omne qđ uoluerit: & paret omne: quod iusserit. Plus ergo credere debes deo oīpotenti in hoc excellētissimo sacramēto q̄ pprio sensui: aut alicui signo uisibili. Ideoq; cum timore: & reuerentia ad hoc opus est accedēdum. Attēde igitur: & uide: cuius ministeriū tibi traditū est per impositionē manus episcopi. Ecce sacerdos factus est & ad celebrandū consecratus: uide nunc: ut fideliter et deuote in suo tempore deo sacrificiū offeras: & teipsum irreprehensibilē exhibeas. Non alleuiasti onus tuum: sed artiori iā alligatus es uinculo discipline: & ad maiorem teneris perfectionem sanctitatis. Sacerdos omnibus uirtutibus debet esse ornatus: & aliis bone uite exemplum prebere. Eius conuer-

latio nõ cũ popularibus: & coibus hoium uiis: sz cuz angelis in celo: aut cũ pfectis uiris ĩ terra. Sacerdos sacris uestibus indutus xp̃i uices gerit: ut deũ ꝓ se: & ꝓ oi populo suppliciter: & humiliter roget. Hēt nãq ante se: & retro dñice crucis signũ: ad memorãdã iugiter xp̃i passionē. Ante se crucē in casula portat: ut xp̃i uestigia diligēter inspiciat: & sequi feruenter studeat. Post se cruce signatus ē: ut aduersa quelibet illata ab aliis clementer ꝓ deo toleret. Ante se crucem gerit ut ꝓpria pctã lugeat post se: ut alioruz ēt cõmissa p compassionem defleat: & se mediũ inter deum: & pctõrez cõstitutũ eẽ sciat: nec ab oratiõe: nec ab oblatiõe sctã torpescat: donec grãm: & misericordiã impetrare mereat. Qñ sacerdos celebrat: deũ honorat: angelos letificat: ecclãm edificat: uiuos adiuuat: defunctis requiem prestat: & sese oium bonorum pticipem efficit.

¶ Interrogatio de exercitio ante coionem. Ca. vi.


Vm tuã dignitatē dñe: & meã utilitatē penso: ualde ɔtremisco: & ĩ meipso ɔfundor. Si .n. ñ accedo: uita fugio: & si ĩ digne me ingessero: offensã incurro: qd ergo faciã deus me⁹ auxiliator meus: & ɔsiliator ĩ necessitatib⁹. Tu doce me uiã rectã: ꝓpone breue aliquod exercitiũ sacre cõmuniõi cõgruũ. Vtile ē eni scire: q̃liter scilicet deuote: ac reuerenter tibi prepare debeã cor meũ ad recipiendũ salubriter tuũ sacramētũ: seu ēt celebrandũ tã magnũ: & diuinũ sacrificiũ.

¶ De discussiõe ꝓprie cõscientie: & emendatiõis proposito. Cap. vii.


Vper oia cũ sũma hũilitate cordis: & supplici reuerētia: cũ plena fide: & pia itētione honoris dei ad hoc sacrz celebrãdũ: tractandũ & sumēdũ opz dei accedere sacerdotē. Diligē

ter

ter examia ɔſciam tuã :& ꝑ poſſe tuo uera contritiõe
& hũili ɔfeſſione eã nuda:& clarifica:ita ut nil graue
habeas:aut ſcias:qđ te remordeat:& liberũ acceſſuꝫ
ipediat. Hẽas diſplicentiã oium pctõꝝ in generali :&
ꝑ quottidiãis exceſſibus magis in ſpãli doleas : & ge
mas. Et ſi tẽpus patiť:deo i ſecreto cordis cũctas cõſi
tere paſſionũ tuarũ miſerias. Ingemiſce:& dole:ꝙ ad
hoc ita carnalis ſis:& mũdanus:tam imortificatus a
paſſiõibus:tã plenus cõcupiaꝝ moribus: tam incuſto
ditus in ſenſibus exterioribus:tã ſepe mľtis uãis ſãta
ſiis iplieatus:tã multũ inclinatus ad exteriora:tã ne-
gligẽs ad interiora:tã leuis ad riſũ:& diſſolutionẽ:tã
durus ad fletũ:& cõpũctionẽ:tã ꝓmptus ad laxiora
& carnis cõmoditatẽ :ſegnis ad rigorẽ:& feruorẽ: tã
curioſus ad noua audiẽda:& pulchra ĩtuẽda tã remiſ
ſus ad hũilia:& abiecta amplectẽda:tam cupidus ad
multa hñda:& tã parcus ad dãdũ:tã tenax ad retien
dũ:tã icõſideratus i loquẽdo:tã incõtinẽs ad tacẽdũ
tã incõpoſitus i moribus:tã importunus in actibus:
tã effuſus ſup cibum:tã ſurdus ad dei uerbũ tã uelox
ad qetẽ:tã tardus ad laborẽ:tam uigilãs ad fabulas:
tam ſomnolentus ad uigilias ſacras:tã feſtinus ad fi-
nem:tã uagus ad attendẽdũ:tam negligẽs in horis p
ſoluẽdis:tã tepidus in celebrando:tam aridus in con
municando:tã cito diſtractus:tã raro tibi bene colle-
